LA 1748
2

FATA TELEMACHI
E GALLICO
FRANC. FENELONII
IN LATINUM SERMONEM
CONVERSA.

Telemachs Begebenheiten
neu verdeutscht,
und
mit einer lateinischen Uebersetzung
begleitet.

Zweyter Band.

Wien, 1807.
Im Verlage bey Aloys Doll,
Buchhändler im deutschen Hause.

STADTBIBLIOTHEK AUGSBURG

TELEMACHUS
LATINITATE DONATUS.

Telemach,
neu verdeutscht.

II. Theil.

XIII. Buch.

Schon lockte der Ruf von der sanften und gemäßigten Regierung des Idomeneus von allen Enden eine Menge Menschen herbey, welche kamen, sich seinem Staate einzuverleiben, und ihr Glück unter einer so milden Herrschaft zu suchen. Schon versprachen die so lange mit Dornen und wildem Gesträuch bedeckten Gefilde reiche Ernten und bis jetzt in diesen Gegenden noch nie gesehene Früchte. Die Erde öffnete ihren Schooß, vom scharfem Pfluge durchschnitten, und bereitete die Schätze, womit sie den Fleiß des Landmanns belohnt. Von allen Seiten verbreiteten sich wieder die Schimmer der Hoffnung. In Thälern und auf Hügeln sah man Schafe weiden, und im Grase spielen und große Herden von Hornvieh, von deren Gebrüll die hohen Berge erschollen. Sie düngten das Feld. Mentor hatte diese Herden herbeyzuschaffen gewußt; er hatte dem Idomeneus gerathen, da sie den Salentinern mangelten, sie von den Peuceten, einen benachbarten Volke, gegen die entbehrlichen Dinge, die in Salent nicht mehr geduldet werden sollten, einzutauschen.

Die Stadt und die Dörfer umher wimmelten von einer wohlgebildeten Jugend, welche lange im Elend geschmachtet, und, aus Furcht ihre Leiden zu vermehren, sich nicht getraut hatte, in den Ehestand zu treten. Jetzt, da sie sahen, wie liebevolle Gesinnungen Idomeneus angenommen, wie er sich bestrebte,

LIBER XIII.

Jamque dissipati de moderato placidoque Idomenei imperio rumores adeo nonnullarum gentium excitabant fiduciam, ut turmatim concursantes, ad civitatem ejus peterent adscribi, fortunam suam experturi tam bono domino. Jam illa quoque spinarum pervetusta seminaria spem opimae messis faciebant, frugumque, quas tum primo didicerunt gignere. Parabat vomere diffracta tellus pingue labori praemium. Bona non minus, quam illustria futuri argumenta ubique elucebant. Quippe et per valles, editosque colles diffusi ovium qua adulti, qua juniores greges, qui frequenti per herbas saltu dabant agreste spectaculum; et in praealtis montibus armenta, quorum sua quaeque voce jugisque repercusso sono nova sibi pascua gratulabantur. Ceterum bonitas agrorum aucta per ipsum, quod pascebant, pecus; cujus quidem comparandi rationem Mentor invenit. Suadebat scilicet Idomeneo, ut quae Salenti redundarent ob interdictum eorum usum, traderet vicinae Peuceticorum genti pro pecoribus, quorum inopia Salentini laborabant.

Urbs item, et, quae ad eam pertinebat, vicinia, egregia coepit abundare juventute; quae diuturna calamitate majorisque metu incommodi adhuc absterrebatur ab ineundis connubiis. Sed cum videret, Idomeneum posita

Vater seines Volks zu seyn, jezt schreckte sie nicht mehr der Hunger und die andern Plagen, womit die Götter die Erde heimsuchen. Man hörte jezt nur Töne der Freude, nur die Lieder der Hirten, und der Ackersleute, welche das Glück ihrer Ehen feyerten. Pan mit seinem Gefolge von Satyrn und Faunen schien beym Tone der Flöten in schattigen Hainen mit Nymphen Tänze zu halten. Ruhe und Fröhlichkeit war in allen Herzen. Aber das Vergnügen wurde mit Mäßigung genossen: es war nur Erhohlung nach der Arbeit, und eben deßwegen um so lebhafter und reiner.

Die Alten, voll frohen Erstaunens bey dem Anblick einer Glückseligkeit, die sie nicht mehr zu sehen gehofft hatten, weinten Thränen der Freude und Zärtlichkeit. Sie hoben ihre zitternden Hände gen Himmel. Segne, großer Jupiter, riefen sie aus, segne einen König, der dir so ähnlich ist, ihn, das kostbarste aller Geschenke, das deine Hand uns je ertheilte. Zum Glücke der Menschen schufst du ihn; lohne ihm die Wohlthaten, die wir von ihm empfangen. Unsere spätesten Enkel, aus diesen zärtlichen Verbindungen entsprungen, die sein Werk sind, werden ihm alles, bis auf ihre Geburt, zu verdanken haben, und mit Recht wird er der Vater seines Volkes genannt werden. Die Jünglinge und die Mädchen, die jezt das Band der Ehe umschlang, äußerten ihre Freude nur dadurch, daß sie das Lob dessen sangen, der der Schöpfer dieser Freude war. Sein Nahme war in jedem Munde, in allen Herzen. Man fühlte sich glücklich ihn zu sehen; man fürchtete, ihn zu verlieren; sein Tod würde alle Familien in die tiefste Trauer versenkt haben.

Idomeneus gestand Mentorn, daß er nie ein innigeres Vergnügen empfunden, als das Vergnügen geliebt zu seyn, und so viele Menschen glücklich zu

severitate animo valde mitescere, neque tam agere regem, quam patrem; nihil deinceps formidinis aut a fame aut ab iis erat malis, quibus ira deorum solet in mortales animadvertere. Itaque hinc clamor laetantium, hinc pastorum ruricolarumque hymenaei complebant feliciter mutatum imperium. Putasses, Panem cum Faunis et Satyrorum choro Nymphas ad tibiae numeros umbratilem in orbem ducere. Nihil hic turbulentum, nihil alienum a laetitia, quae per omnes ordines ea moderatione vagabatur, ut non dissolvendis animis, sed relaxandis a diuturno labore videretur concessa. Unde major inerat in ea vigor, major castimonia.

Qui graviores jam annos agebant, ut in extremum vitae suae viderunt incidere, quae longa ipsorum aetas ne tenui quidem spe libare umquam sustinuerat: admiratione et stupore defixi ibant in tenerrimas lacrimas, tendentesque ex senio vacillantes manus precabantur: Propitius esto, magne Jupiter, regi, qui similis tui est, maximumque, quo nos fortunasti, munus datus est saluti hominum! Redde igitur ipsi salutem omnem, quam ipsi nos debemus. Nascituri ex toris nostris, quibus ipse favit, nepotes pio huic regi debeant omnia, et ipsum adeo nascendi beneficium, ita quidem, ut is re ipsa omnium suorum futurus sit pater. Haec senes. Juniores autem regio favore adducti ad thalamum, perpetuo cantu, quippe unico monstrandi gaudii subsidio, auctorem hujus voluptatis suae celebrabant. Numquam passi ex ore abesse illius nomen, tantum abest, ut umquam dimitterent ex animo. Pars felicitatis reputabatur eum aspicere, et caput summaque metuendorum, ne periret. Eo nempe sublato non domus, non familia erat ab extremo squallore vacatura.

Tum quidem Idomeneus haud temperavit sibi, quo minus fateretur Mentori, numquam tantam fuisse volu-

machen. Nimmer hätte ich dieß geglaubt. Ich wähnte, die Größe der Fürsten bestehe nur darin, gefürchtet zu werden; ich hielt dafür, die übrigen Menschen seyen nur für sie geschaffen, und, was man von Königen erzählte, die die Liebe und die Wonne ihres Volks gewesen seyn sollten, schien mir eine bloße Erdichtung. Nun erkenne ich, daß es keine Täuschung ist. Aber laß dir erzählen, wie man es anfing, mein Herz schon von zarter Kindheit an durch irrige Begriffe über die höchste Gewalt zu vergiften. Alles Unglück meines Leben rührte daher. Idomeneus begann also:

Unter allen jungen Männern, die ich kannte, war mir Protesilaus, der ein wenig älter war, als ich, der liebste. Sein lebhafter, emporstrebender Geist gefiel mir. Er nahm Theil an meinen Vergnügungen; er schmeichelte meinen Leidenschaften. Ich hatte noch einen andern jungen Freund, der sich Philokles nannte. Protesilaus erregte bey mir Verdacht gegen diesen. Philokles fürchtete die Götter; er hatte eine große Seele, aber ihre Bewegungen waren gemäßigt. Er suchte seine Größe nicht darin, sich über andere zu erheben, sondern sich selbst zu überwinden, und sich keine niedrige Handlung zu erlauben. Freymüthig sprach er mit mir von meinen Fehlern, und wenn er es auch nicht wagte, mir Vorstellungen zu thun, so las ich doch hinlänglich aus seinem Stillschweigen und seiner traurigen Miene die Vorwürfe, die er mir machen wollte.

Anfänglich gefiel mir diese Aufrichtigkeit, und oft bezeigte ich ihm, daß ich ihn stets mit Zutrauen hören würde, damit er mich vor der Schmeicheley bewahren möchte. Er sagte mir alles, was ich thun müßte, um ein würdiger Nachfolger meines Großvaters Minos zu werden, und mein Reich glücklich zu machen. Er besaß nicht deine tiefe Weisheit, Mentor, aber seine Grundsätze waren gut; jetzt erkenne ich es. Protesilaus, eifersüchtig und voll Ehrgeitz, brachte es allmählig durch seine Ränke dahin, daß ich einen Widerwillen gegen Philokles faßte. Dieser suchte sich nicht vorzudringen; er ließ dem andern den Vorzug, und

ptatem suam, quanta nunc sit, cum populis amori esset, et saluber tot civibus. Numquam, inquit, hoc persuadebam mihi; credidi, frustra regem dici, qui se non redderet terribilem; vivereque regis caussa, quisquis non esset rex; ridebam cum anilibus gerris, quidquid laudabatur de regibus, qui amori, qui voluptati fuissent suis. Alia et veriora nunc credo. Ceterum haud ignorare te decet, qua ratione inde ab unguiculis perversa regiae majestatis opinione, unde omnium malorum meorum origo, animus meus sit depravatus. Haec praefatus rex, ita coepit disserere:

Protesilaus erat, aetate me paullo superior, quem omnium maxime diligebam. Arridebat vigor animi audaciaque ejus. Consors oblectationum mearum et palpator cupiditatum, Philoclem quemdam, annis et favore meo parem sibi, objecit suspicioni. Is vero timore verebatur deos, animique magnitudinem sui multa prudentia modestiaque commendabat. Magnum censebat, non qui dignitate efferretur supra ceteros, sed ipse se vinceret, nec ageret, quod indignum et inferius se. De erroribus vitiisque libere me compellabat; et si quando id minus audebat, ipsum silentium ejus, et, quam praeferebat ore, tristitia loquebantur, quae peccaveram.

Et initio quidem mihi candor ejus non displicuit; crebroque receperam ipsi, ut ab adulationibus abessem, semper vacuas aures meas integerrimasque eum inventurum. Docebat fidelissime, quae agenda volenti premere Minois vestigia, et meditanti salubria imperio. Sapientia ejus ut decedebat tuae: ita praecepta, id quod nunc agnosco, erant simpliciter bona. At at ea fuit Protesilai et aemuli et ambitiosi hominis calliditas, ut noverit Philoclis taedium sensim animo meo subjicere. Is nihil inde motus in inferiori amicitiae meae gradu, in quem detrudebatur

begnügte sich, mir immer die Wahrheit, zu sagen, wenn ich sie hören wollte. Es war ihm um mein Wohl und nicht um sein Glück zu thun.

Protesilaus wußte mich auf eine feine Art zu überreden, daß Philokles ein verdrießlicher und übermüthiger Mann sey, der alle meine Handlungen tadelte; daß er deßwegen nichts von mir begehrte, weil er den Stolz habe, mein Schuldner nicht seyn zu wollen, und nach dem Ruf eines Mannes strebe, der über alle Ehrenstellen erhaben sey. Er fügte hinzu, daß er bey andern eben so frey von meinen Fehlern spreche als bey mir; daß er es nicht verberge, daß er nur wenige Achtung für mich habe, und daß er durch Herabsetzung meiner Ehre und den Schein einer strengen Tugend, den er annehme, sich den Weg zum Throne bahnen wolle.

Anfangs konnte ich nicht glauben, daß Philokles die Absicht haben sollte, mich des Thrones zu berauben. Wahre Tugend zeichnet sich durch eine Natürlichkeit und Unbefangenheit aus, die man nicht erkünsteln kann, und die dem aufmerksamen Beobachter nie entgeht. Aber die Beharrlichkeit des Philokles, mir meine Schwächen vorzuhalten, fing an, mich zu ermüden, und die Gefälligkeit des Protesilaus und sein unermüdetes Bestreben, neue Vergnügungen für mich ausfündig zu machen, machten mir die ernste Tugend des andern nur desto unerträglicher.

Protesilaus, unwillig, das ich nicht alles glaubte, was er mir von seinem Feind sagte, beschloß, nicht mehr von ihm zu reden, und meine Zweifel durch etwas, das mehr Gewicht hätte, als seine Worte, zu besiegen. Das Mittel, das er wählte, mich vollends zu hintergehen, war dieses. Er rieth mir, den Philokles zum Befehlshaber der Flotte zu ernennen, welche bestimmt war, die karpathischen Schiffe anzugreifen. Er sagte mir, um mich zu diesem Entschluß zu bewegen: das Lob, das ich dem Philokles ertheile, kann nicht verdächtig seyn. Ich gestehe, daß man ihm Muth und Kriegserfahrenheit nicht absprechen kann. Er wird deine Befehle besser vollstrecken, als irgend

Protesilai invidia, se moderate continuit; satisque ipsi fuit, quod verum erat, paratis auribus non in commodum suum, sed salutem regis continenter occinere.

Protesilaus non advertenti mihi persuaserat, Philoclem laborare morosa superbia: inde licentius eum observare, quae agerem, nihilque a me exigere favoris, ut crederetur homo esse, ad quem honorum cupido non pertingeret. Adjecitque, hunc juvenem eadem libertate, qua me commoneret errorum, iis etiam palam commemoratis regiam existimationem offendere, quam in animo ejus exolevisse satis manifestum sit; attritaque hunc in modum principis fama, simulatione austerae virtutis iter ad coronam eum meditari.

Difficile mihi erat initio credere, Philoclem adspirare ad regium decus. Est enim haec non simulatae virtutis indoles, ut candor ejus et integritas imitatione possit exprimi nulla, nec errori in ea sit locus, modo advertas ad eam animum. Ceterum et constantia, qua post delicta oppugnabar a Philocle, gravis mihi coepit esse, et Protesilai indulgentia sollertiaque, infinitis oblectationibus, quae regium animum allicerent, inveniendis abunde sufficiens, placere usque adeo, ut austerum hominem vehementius aversarer.

Inter haec Protesilaus iniquissime ferens, me delectu aliquo et sapientia ea credere, quibus criminabatur aemulum: de illo dehinc silere constituit, mihique admovere arietem, suada Attica potentiorem. Itaque hanc ille mihi splendidissimam fraudem. Suadebat, Philoclem praeficerem classi, quam in Carpathios destinaveram. Id ut persuaderet: Laudem, inquit, quam ipsi tribuo, nosti carere dolo. Fateor intrepidum eum esse, et aptum bello, tibique ante alios profuturum. Atque istud movet, ut omni-

ein anderer, und ich ziehe deinen Vortheil dem Unwillen vor, den ich gegen ihn gefaßt habe.

Ich war entzückt, diese Geradheit und Billigkeit in dem Herzen des Protesilaus zu finden, dem ich die Besorgung meiner wichtigsten Geschäfte anvertraut hatte. Freudig umarmte ich ihn, und schätzte mich glücklich, einem Manne mein ganzes Vertrauen geschenkt zu haben, der mir so völlig über jede Leidenschaft und jeden Eigennutz erhaben schien. Aber ach! wie sehr verdienen die Fürsten das Mitleiden der Menschen! Dieser Mann kannte mich besser als ich mich selbst kannte. Er wußte, daß die Fürsten meistens mißtrauisch und sorglos sind, mißtrauisch, weil sie täglich neue Erfahrungen über die Kunstgriffe der Lasterhaften machen, die sie umgeben; sorglos, weil sie bloß ihrem Vergnügen leben, und gewohnt sind, Leute um sich zu haben, welche für sie denken, ohne daß sie selbst sich damit bemühen dürften. Er sah also wohl ein, daß es ihm nicht schwer fallen würde, Mißtrauen und Eifersucht gegen einen Mann bey mir zu erwecken, der nicht ermangeln würde, große Thaten zu verrichten, besonders da er in seiner Abwesenheit volle Gelegenheit hätte, ihm Schlingen zu legen.

Philokles sah bey seiner Abreise wohl ein, was ihm bevorstand. Vergiß nicht, sagte er zu mir, daß es hinfort nicht mehr in meiner Macht stehen wird, mich zu vertheidigen, daß du jetzt nur meine Feinde hören wirst, und daß, indem ich mein Leben für dich wage, ich Gefahr laufe, statt aller Belohnung, deinen Unwillen auf mich zu laden. Du irrest, antwortete ich, Protesilaus urtheilt ganz anders von dir, als du von ihm. Er lobt, er achtet dich. Er glaubt, daß du es verdienest, daß man dir die wichtigsten Geschäfte anvertraue. Er würde mein Zutrauen verlieren, wenn er es unternehmen sollte, nachtheilig von dir zu reden. Geh, fürchte nichts, und laß es bloß deine Sorge seyn, mir nützliche Dienste zu leisten. Er reis'te ab und ließ mich in einem sonderbaren Zustande zurück.

Ich verhehle dir nicht, Mentor, daß ich deutlich einsah, wie nöthig es mir sey, mehrere Personen zu

bus insuper habitis, quam in eum concepi, missam iram faciam.

Cumulabar insolenti gaudio, cum in Protesilao, maximarum rerum mearum administro, animum tam sincerum, tam aequum, quod credebam, deprehenderem. Involabam in collum ejus, gestiente laetitia, reputans, merito amplius a me deberi fortunae, quod maximam fidem ante alios tam egregio, ut visum, cupiditatum rerumque suarum victori habuissem. At o miseros principes! Homini illi, quam mihi, meum ipsius ingenium plus erat perspectum. Non ignorabat, reges plerumque et suspicionibus, et incuria rerum suarum teneri: suspicionibus, quod sciunt adesse lateri, qui decipiant; incuria, quod voluptatibus impares onera sua alienos in humeros devolvunt jurati fiducia obsequii, neque publicis fatigari rebus volunt. Itaque ominabatur ille, facillimum sibi fore, apud me in invidiam rapere hominem, maxima moliturum; neque dubitabat, adversarii absentiam sibi occasionem premendi ejus praebituram.

Philocles, cum ingrederetur viam, satis certus eorum, quae sibi possent evenire: Memineris, rex, inquit, me deinceps accusatum iri nemine advocato; qui me odit, audietur unus; dumque foris pro te periclitabor vita, mercedis loco timere debeo, ne domi tua pericliter gratia. Ego vero: Deciperis, mi bone, ajebam, alia atque tu existimas et meliora Protesilaus de te. Probat te: admiratur, dignumque censet, quem rebus summis praeficiam. Suspectus mihi erit, si quando obtrectator tuus; pone metum: proficiscere, duntaxat sollicitus, ut cum fide servias mihi. His dictis ille proficisci, ego mirabili perversitate rerum implicari.

Satis perspicuum mihi erat, amice, haud paucis opus esse, quos consulerem, pestemque tum gloriae meae,

haben, mit denen ich mich besprechen könnte, und daß es so wohl für meine Ehre, als für den glücklichen Fortgang der Geschäfte sehr nachtheilig seyn würde, wenn ich mich nur einer einzigen anvertraute. Die Erfahrung hatte mir gezeigt, daß die weisen Rathschläge des Philokles mich vor vielen gefährlichen Fehltritten bewahrt hatten, wozu mich der trotzige Protesilaus verleitet haben würde. Es entging mir nicht, daß Philokles eine Rechtschaffenheit und Geradheit besaß, welche dem Protesilaus mangelte; aber ich hatte den letztern einen gewissen entscheidenden Ton annehmen lassen, dem ich beynahe nicht mehr widerstehen konnte. Ich war es müde, mich immer im Gedränge zwischen diesen zwey Menschen zu befinden, die ich nicht vereinigen konnte, und bey diesem Unvermögen, mir zu helfen, war ich schwach genug, zuzugeben, daß das Wohl des Staats minder gut besorgt wurde, nur damit ich freyer athmen könnte. Aber ich hüthete mich wohl, mir selbst den schimpflichen Grund zu gestehen, der mich zu diesem Verfahren bestimmte: aber eben dieser Grund, dessen Bewußtseyn ich mir zu verhehlen suchte, wirkte nichts desto weniger im Grunde meines Herzens, und war die wahre Triebfeder von allem, was ich that.

Philokles überfiel die Feinde, trug einen vollkommenen Sieg über sie davon, und eilte zurück, um den bösen Anschlägen seiner Feinde, die er fürchtete, zuvor zu kommen. Aber Protesilaus, der noch nicht Gelegenheit gefunden hatte, mich zu hintergehen, schrieb ihm, das ich wünschte, daß er zu Verfolgung seines Sieges eine Landung auf der Insel Karpathus vornehmen möchte. Er hatte mich auch wirklich überredet, daß die Eroberung dieser Insel keine Schwierigkeit habe. Aber er ließ es dem Philokles bey dieser Unternehmung an vielen nöthigen Dingen fehlen, band ihm durch die Befehle, die er ihm zugehen ließ, die Hände, und legte dadurch der Ausführung seines Vorhabens mancherley Hindernisse in den Weg. Er bediente sich zu seinen Absichten eines treulosen Dieners, den ich um mich hatte. Dieser gab auf alles Acht, um es ihm zu hinterbringen, ob sie sich gleich den Schein zu geben mußten, daß sie in keiner genauen

tum rerum mearum fore, si fidei unius duntaxat hominis me crederem. Usu etiam ipso didici, me Philoclis consilio multa defugisse errandi pericula, in quae eram incursurus Protesilai fastu. Neque illud ignorabam, Philoclem tam candore animi, quam aequitate praeceptorum Protesilao longe praeferendum; at Protesilaus mea indulgentia jam jam assueverat mecum aequo liberius, adeoque loqui cum imperio, ut tantum non cogerer obsequi. Per molestum mihi erat continenter pati a latere duos, quorum sensus conjungere non poteram. His itaque turbis cum exemtum vellem hunc animum, malui imbecillitati meae concedere, agereque, quod rebus quidem meis damnum; locum tamen una mihi faceret libere tantisper respirandi. Fateor, tam infandam caussam fuisse suscepti consilii, ut eam ipse mihi occulerem, neque serio umquam animo auderem pensare. At quod cognoscere puduit animum, non puduit sequi; hoc quippe omnino ad omnia me, quae destinaveram, impulit.

Philocles ad internecionem caesis hostibus, ut malignis Protesilai consiliis celeritate praeverteret, maturabat adornare reditum: cum ab aemulo, cui nondum aptum se tempus praebuerat me decipiendi, litteras accipit, nunciantes, petere regem, ut facta exscensione in Carpathia, utiliorem redderet victoriam. Et sane persuasit mihi Protesilaus, insulam nullo fere negotio posse obtineri. Interim eum tenuit modum agendae rei, ut Philocles magna rerum necessariarum laboraret inopia. Mandatis item onerabat eum ejus generis, quibus magna bello difficultas afferebatur. Interea erat ex meis domesticis, cujus operam conduxerat, homo perversissimi animi, nihil non Argi instar observans, perscrutansque, ut perferret ad eum, cui fidem suam vendiderat: etsi ambo hi

Verbindung mit einander ständen, und in ihren Gesinnungen nicht mit einander übereinstimmten.

Dieser Mensch nannte sich Timokrates. Eines Tages kam er zu mir, um mir im Vertrauen zu sagen, daß er eine Sache entdeckt habe, die gefährliche Folgen haben könnte. Philokles sagte er, geht damit um, sich deiner Flotte zu bedienen, um sich zum Könige der Insel Karpathus aufzuwerfen. Die Anführer des Heers sind ihm ergeben; die Krieger hat er durch seine Geschenke, noch mehr aber durch die verderbliche Zügellosigkeit gewonnen, die er ihnen gestattet. Sein Sieg hat ihn übermüthig gemacht. Hier ist ein Brief, den er an einen seiner Freunde über sein Vorhaben schrieb, sich zum König zu machen. Nach einem so offenbaren Beweis kann man nicht mehr daran zweifeln.

Ich las diesen Brief, und glaubte die Hand des Philokles zu erkennen. Aber er war ein Werk des Protesilaus und des Timokrates, die seine Züge vollkommen nachzuahmen gewußt hatten. Dieser Brief erweckte das größte Erstaunen bey mir; ich las ihn zu wiederhohlten Mahlen. Indem mein verwirrter Geist alle die rührenden Beweise von Uneigennützigkeit und Treue, die er mir gegeben hatte, durchlief, war es mir unmöglich, mich zu überreden, daß er von Philokles sey. Aber was konnte ich machen? Wie hätte ich einem Briefe wiederstehen können, in welchem ich die Züge des Philokles so deutlich zu sehen glaubte.

Als Timokrates sah, daß sein Betrug gewirkt hatte, ging er noch weiter. Darf ich dich wohl, sagte er stockend, auf einen Ausdruck dieses Briefs aufmerksam machen? Philokles schreibt seinem Freunde, er dürfe kein Bedenken tragen, mit Protesilaus von einer Sache zu sprechen, die er aber nur mit einem geheimen Zeichen andeutet. Es kann nicht anders seyn, Protesilaus und Philokles sind einverstanden; sie haben sich mit einander versöhnt, um gegen dich zu arbeiten. Du weißt, daß Protesilaus dir anlag, den Philokles gegen die Karpathier zu senden. Seit einiger Zeit hat er aufgehört, nachtheilig von ihm zu sprechen, was er sonst oft that. Statt dessen ertheilt er ihm Lobsprüche, und entschuldigt ihn bey jeder Gelegenheit. Sie kamen zuletzt wieder zusammen, und

homines rarius loco, animis numquam viderentur convenire.

Forte monebar ab hoc domestico, Timocrates appellabatur, secretius, dicente, formidolosa esse, quae cognovisset. Philocles, inquit, classe tua utetur, Carpathiae ut imperet: Duces copiarum in partes suas traxit: gregarios sibi devinxit donis et indulgentia vitiorum. Tumet victoria. Ecce tibi litteras, quibus amicorum quemdam docet, animo se destinasse sibi imperium. Manifestum perfidiae argumentum est. Dubitare non licet.

Legebam litteras; et videbantur Philoclis exaratae manu. Sed eam Protesilaus et Timocrates adulteraverant, similitudinem ejus penitus assecuti. Quibus ego litteris incredibiliter perturbari: iterum iterumque recurrere ad epistolam. Imperare mihi non potui, ut crederem, Philoclem scripsisse, recolente turbulento animo insignes notas, quibus a sordido et ancipiti ingenio testabatur se abesse. Sed quid tunc ego consilii? Qui resisterem litteris, quas a Philocle non dubitabam venisse?

Timocrates, ut vidit tuto latere fraudis suae initia, liberumque jam esse grassari fraudibus, majores fallaciae offusurus tenebras, dubium, quid agendum sibi esset, prae se ferens animum: si pateris rex, inquit, indicabo non nihil, cujus haec pagina admonet. Scribit amico Philocles, posse illum cum Protesilao de re secreto agere, quam incognitis notis texisset. Quis dubitat Protesilaum cum Philocle esse in eodem consilio, amicitiamque instaurasse tuo ipsius detrimento? Illum non ignoras omnem movisse lapidem, ut Philocles mitteretur in Carpathios. Interea temporis suae in eum temperavit dicacitati, qua alioqui oneraverat aures tuas. Quin oblata opportunitate in laudes ejus et purgationes perstudiose excurrit. Aliquamdiu nihil humanius utriusque congressu, officiosius nihil. Occul-

begegneten sich mi... ...ung. Man kann nicht daran zweifeln, Protesilaus und Philokles haben mit einander ihre Maßregeln genommen, um das eroberte Karpathus unter sich zu theilen. Du siehst selbst, daß er diese Unternehmung gegen alle Regeln der Klugheit betrieb, und daß er deine Flotte der Gefahr bloß stellte, zu Grunde gerichtet zu werden, nur um seine Ruhmsucht zu befriedigen. Kannst du wohl glauben, daß er die ehrgeitzigen Entwürfe des Philokles befördern würde, wenn sie noch Feinde wären? Nein, nein! es ist keinem Zweifel mehr unterworfen, daß diese zwey Leute im Einverständniß mit einander handeln, um sich zu einem hohen Ansehen empor zu schwingen, und vielleicht gar den Thron umzustürzen, auf dem du herrschest. Ich w..iß, daß ich mich durch alles das, was ich dir gesagt habe, ihrer Rache aussetze, wenn du trotz meiner au..ichtigen Warnung die Gewalt noch ferner in ihren Händen lässest; aber ich achte es nicht; genug, daß ich dir die Wahrheit gesagt habe.

Diese letzten Worte des Timokrates machten einen tiefen Eindruck auf mich. Ich zweifelte nicht mehr an der Verrätherey des Philokles, und ich war mißtrauisch gegen Protesilaus, den ich für seinen Freund hielt. Timokrates wiederhohlte mir immer: wenn du wartest, bis Philokles die Insel Karpathus erobert hat, so wird es nicht mehr in deiner Macht stehen, seine Anschläge zu hintertreiben. Eile, dich seiner Person zu versichern, so lange es noch Zeit ist. Die tiefe Verstellung der Menschen erfüllte mich mit Abscheu. Ich sah niemand mehr, dem ich mich hätte anvertrauen können. Nachdem ich den Philokles als einen Verräther erkannt hatte, fand ich keinen Menschen mehr auf der Erde, an dessen Tugend ich noch hätte glauben können. Ich war entschlossen, den Treulosen ohne Verzug hinrichten zu lassen, aber ich scheute den Protesilaus, und ich wußte nicht, wie ich in Ansehung seiner verfahren sollte. Ich fürchtete mich, ihn schuldig zu finden, und ich konnte doch auch kein Vertrauen mehr in ihn setzen.

Endlich, von Unruhe umher getrieben, konnte ich nicht mehr an mich halten, und sagte ihm, daß Philokles mir verdächtig geworden sey. Er schien über

die-

te inter se (quid dubitas?) constituerunt dividere occupatae Carpathiae imperium. Ecquid vides, dum voluit non abiri ab hoc proposito, omnibus rationis praeceptis quantumvis inimico, classem tuam exponere eum praesentissimo discrimini, ne quid ambitionis suae interciperet cursum. Nisi inter eos essent sublata odia, Protesilaum credis famulari velle impio Philoclis desiderio? Omitte, quaeso, et noli porro dubitare, ambos eo consilio redisse in amicitiam, ut ad eas evehantur vires, quae forte ad solii tui eversionem spectant. Scio, nisi candor hic meus te moverit, ut viribus et potestate tua exutos reiicias, eorum vindictae me obiici: sed istud me non tangit. Satis mihi est, id, quod res erat, dixisse.

Magnam vim ultima Timocratis verba habuerunt. Desii dubitare de proditione Philoclis, coepique Protesilaum suspectum habere, addictumque proditori meo. Interea monere Timocrates non destitit: occupata Carpathia non esse, quae Philoclis iniici consiliis possit, moram. Juberem comprehendi, dum facultatis adhuc esset meae. Tota cogitatione aversabar tantae simulationis scelus, frustaque apud animum meum exquirebam, quem in arcanorum meorum societatem deinceps cooptarem. Detecta quippe proditione Philoclis, audebam de fide universi humani generis dubitare. Statutum erat, primo quoque tempore locoque ab usura lucis amoliri monstrum tantae perfidiae. Sed ea constantia susceptum consilium ipse Protesilai metus suspendit. Verebar tam ut insons esset flagitii, quam dignus, cui vel apicem arcanorum meorum porro aperirem.

Vicit tandem perturbatio consilium, effecitque, ut significarem eidem ipsi, suspicionem concitasse meam Philoclem. Tum ille demonstrare ejus mores tam bonos,

diese Aeußerung betroffen. Er stellte mir seine Rechtschaffenheit, seine Mäßigung vor. Er erhob die Dienste, die er mir geleistet hatte: kurz er that alles, was mich auf den Gedanken bringen mußte, daß er in sehr guten Vernehmen mit ihm stehe. Timokrates verlor seiner Seits keinen Augenblick, mich auf diese Eintracht aufmerksam zu machen, und mich zu bewegen, den Philokles aus dem Wege zu räumen, so lang es noch Zeit sey, mich seiner zu versichern. Du siehst, theurer Mentor, wie unglücklich das Los der Könige ist, und wie sehr die Menschen mit ihnen spielen, selbst in den Augenblicken, wenn sie zu ihren Füßen liegen, und vor ihnen zu zittern scheinen.

Ich dachte nicht kluger handeln, und die Maßregeln des Protesilaus nicht besser vereiteln zu können, als daß ich den Timokrates insgeheim zu der Flotte schickte, damit er den Philokles aus dem Wege räumen ließe. Protesilaus trieb seine Verstellung aufs höchste, und betrog mich um so leichter, da er sich ganz das Ansehen eines Menschen zu geben wußte, der sich betriegen ließe. Timokrates reis'te ab, und fand den Philokles in großer Verlegenheit, wie er die Landung bewerkstelligen sollte. Es mangelte ihm an allem; denn Protesilaus; der nicht wissen konnte, ob der erdichtete Brief seinen Feind stürzen würde, wollte sich durch die Fehlschlagung eines Unternehmens, von dem er mich so viel hatte hoffen lassen, noch einen andern Ausweg offen erhalten, weil er wußte, daß ich dadurch sehr gegen Philokles aufgebracht werden würde. Aber so viele Schwierigkeiten dieser Krieg auch hatte, so besiegte sie doch Philokles durch seinen Muth, seine Einsichten und die Liebe, die seine Krieger für ihn hatten. Das ganze Heer erkannte, das diese Landung eine Verwegenheit sey, und einen üblen Ausgang für die Kreter haben würde; aber jeder bemühte sich, dem Philokles einen glücklichen Erfolg zu sichern, nicht anders, als wenn sein Leben und sein Glück an denselben gebunden wäre. Jeder schätzte sich glücklich, sein

tam expertes pravi desiderii: celebrare obsequia: nihil denique omittere, quod mihi suam amborum persuaderet concordiam. Neque Timocrates distulit, me pluribus argumentis consensus eorum certiorem facere, hortarique, dum liceret per tempus, Philoclem privarem vita. Hem miseros reges, qui, ubi contremiscunt eorum pedibus advoluti populi, vel tum iniquitatem fortunae experiuntur, et vereri debent ne populorum ludibriis objectentur.

Haud ambigebam, fore illustrissimum et politico mori singulariter accommodatum facinus, ingensque momentum ad infringendos Protesilai conatus, si Timocrati ad classem occulte ablegato negotium darem occidendi Philoclis. At Protesilaus, quantum potest humanum ingenium, fallebat; et me quidem eo facilius, quod consueta judicandi praecepta imperaverunt, hunc eum habere hominem, qui sibimet ipsi imponi pateretur. Jamque Timocrates se dedit in viam; et forte Philoclem aestuantem negotiis turbisque offendit, dum exscensionem molitur in insulam. Omnia quippe et singula deerant tanto negotio. Protesilaus enim adhuc incertus, fictaene litterae inimico suo essent allaturae exitium; huius parandi aliam praeterea rationem putavit tentandam, sitamque in eo, ut quod ipse tanta spe auxerat, male cederet maritimae expeditionis consilium; quo facto aemulus non posset offensam meam subterfugere. Ceterum tantae molis bellum Philocles tum invicta animi magnitudine, tum viribus acerimi ingenii, tum eximia, qua milites eum complectebantur, caritate strenue fortiterque gessit. Et quamquam manifestum erat militi, classem ad insulam sine insigni temeritate periculoque Cretensium non posse admoveri: tamen non secus, ac de vita reque singulorum ageretur, ab omni exercitu est allaboratum, ut secundis rebus tentaretur exscensio. Ju-

Leben zu jeder Stunde für einen Anführer zu wagen, der so klug und so bemüht war, die Liebe seiner Untergebenen zu gewinnen.

Das Unternehmen, einen Feldherrn in der Mitte seines Heers, das ihn leidenschaftlich liebte, zu ermorden, war für den Timokrates mit der größten Gefahr verbunden. Aber zügelloser Ehrgeitz ist blind. Timokrates fand nichts unmöglich, wenn es darauf ankam, den Protesilaus zu befriedigen, mit welchem er nach dem Tode des Philokles unumschränkt über mich zu herrschen hoffte, und Protesilaus verabscheute einen rechtschaffenen Mann, dessen bloßer Anblick ein geheimer Vorwurf seiner Verbrechen war, und der, wenn er mir die Augen öffnete, alle seine Entwürfe zu Schanden machen konnte.

Timokrates brachte zwey Hauptleute auf seine Seite, welche immer um Philokles waren. Er verhieß ihnen große Belohnungen in meinem Nahmen. Alsdann sagte er zu Philokles, daß er geheime Aufträge von mir an ihn habe, die er ihm aber nur in Gegenwart dieser zwey Hauptleute anvertrauen dürfte. Philokles schloß sich mit ihnen und dem Timokrates ein. Hier versetzte Timokrates dem Philokles einen Dolchstich, der Stoß glitschte ab, und drang nicht tief ein. Philokles, ohne zu erschrecken, riß ihm den Dolch aus der Hand, und bediente sich desselben gegen ihn und die beyden andern; zu gleicher Zeit rief er um Hülfe. Man eilte herbey, man stieß die Thür ein; man befreyte den Philokles aus den Händen der drey Mörder, die in der Verwirrung ihres Geistes ihn nicht mit hinlänglicher Entschlossenheit angefallen hatten. Sie wurden ergriffen, und sie würden auf der Stelle zerrissen worden seyn, so ergrimmt war das Heer, wenn Philokles die Menge nicht zurück gehalten hätte. Sodann nahm er den Timokrates auf die Seite, und fragte ihn mit Sanftmuth, was ihn bewogen habe, eine so schwarze That zu begehen. Timokrates, der den Tod fürchtete, eilte, den Befehl zu zeigen, den ich ihm schriftlich gegeben hatte, den Philokles zu tödten; und da jeder Verräther eine niederträchtige

cundum cuique videbatur promto paratoque semper animo subire discrimina duce tam provido, tamque sollicitae humanitatis in singulos.

Ultima profecto metuere Timocrates debuerat, cum tantae multitudini caput tantopere dilectum satagebat eripere. Sed caeca est, furere cum coepit, ambitio. Nihil Timocrati grave, nihil molestum nimis, ut Protesilao placeret, quocum sibi, ut crediderat, supremam potestatem mei pollicebatur exstincto aemulo. Protesilaus certe ferre non potuit virum adeo integrum, qui sceleratam conscientiam ejus vel solo castigabat aspectu, omniaque consilia poterat me salubriter admonendo perturbare.

Erant praefecti duo, perpetuo agentes cum Philocle. Horum operam sibi Timocrates obstrinxit, donisque ingentibus a me tribuendis pellexit in scelus. Tum Philoclem moneri curat, afferre se arcana a rege, quae ipsi oporteret significari: arbitrum praeter istos praefectos rei magnitudinem non pati. Quibuscum ubi est ad interiora diversorii recessum: ecce Timocrates hastam infligit Philocli; at leviori, quam destinaverat, vulnere, in vanum lapso ferro. Ille nihil his perterritus arma extorquet proditoris manu, praesens adversus auctorem sociosque sceleris auxilium: simul edito clamore accurritur: perfringuntur aditus: Philocles liberatur, in quem unum tres illi segniori ob consternationem impetu irruerant. Comprehenduntur, discerpendi protinus, quae erat multitudinis indignatio nisi efferatum militem imperator ipse repressisset. Timocratem deinde seorsum acceptum modestissime caussam interrogat, quae eum impulisset, haec ut pertentaret nefanda? Protinusque ille, metuens, ne silentio afferret sibi exitium, tabulas exhibet, quibus imperabatur, ut Philoclem caederet; neque tunc ut proditioni semper propria trepidatio aliud cogitabat ani-

Seele hat, dachte er an nichts, als sein Leben zu retten, und entdeckte dem Philokles die ganze Verrätherey des Protesilaus.

Philokles, voll Entsetzen über die Bosheit der Menschen, faßte einen Entschluß, der von seiner Mäßigung zeugte. Er erklärte dem ganzen Heer, daß Timokrates unschuldig sey. Er brachte ihn in Sicherheit, und schickte ihn nach Kreta zurück. Er übertrug die oberste Gewalt bey dem Heer dem Polimenes, den ich in dem von meiner Hand geschriebenen Befehl zum obersten Befehlshaber ernannt hatte, wenn Philokles getödtet seyn würde. Endlich ermahnte er die Krieger, mir treu zu bleiben, und bestieg in der Nacht eine leichte Barke, welche ihn nach der Insel Samos brachte, wo er in ruhiger Stille arm und einsam lebt, und sich mit Verfertigung von Bildsäulen beschäftigt, die ihm seinen Unterhalt gewähren. Er will nichts mehr von den betrügerischen und ungerechten Menschen, am wenigsten aber von Fürsten hören, welche er für die verblendetsten und unglücklichsten unter allen Sterblichen hält.

Hier unterbrach Mentor den Idomeneus, und sagte zu ihm: sage mir, blieb dir die Wahrheit lange verbargen? Nein, erwiederte Idomeneus, ich lernte nach und nach die Ränke des Protesilaus und Timokrates kennen. Es entstanden sogar Mißhelligkeiten unter ihnen; denn lasterhafte Menschen haben Mühe, sich mit einander zu vertragen. Ihre Uneinigkeit ließ mich vollends die Tiefe des Abgrunds sehen, in den sie mich gestürzt hatten. Aber sagte Mentor, faßtest du denn nicht den Entschluß, dich von diesen Menschen los zu machen? — Ach! antwortete Idomeneus, weißt du denn nicht, wie schwach die Fürsten sind, und in welcher schwierigen Lage sie sich befinden? Wenn schlechte und freche Menschen, welche die Kunst verstehen, sich unentbehrlich zu machen, sich einmahl ihres Herzens bemächtiget haben, so ist es auf immer um ihre Freyheit geschehen. Diejenigen werden am besten von ihnen behandelt, die sie am meisten verachten; diese überhäufen sie mit Wohlthaten. Ich verabscheute den Protesilaus, und doch ließ ich ihm die Gewalt, die ich ihm anvertraut hatte. Unselige Ver-

mo, nisi ut simpliciter prolatis, quae a Protesilao male cogitabantur, vitae suae consuleret.

Cohorruit Philocles, cum intelligeret, quantam malitiam humanae mentis recessus et latebrae occulerent. Moderationis tamen summae exhibuit exemplum. Timocratem enim non modo in concione pronunciavit innoxium, et, ne mali quid pateretur, curavit in Cretam referri; sed et Polimeni tradidit imperium, quem occiso Philocli in epistola substitueram; admonitisque copiis fidei, quam deberent mihi, leviorem scapham de nocte conscendit, a qua in insula Samo expositus vitam tenuem solitariamque, ceterum remotam a turbis, nunc agit. Quippe ex statuaria alitur, omnemque de exemplis perfidiae mentionem et de regibus maxime aspernatur, utpote quos et patiendi miseria, et caecutiendi voluntate putat ex omnium mortalium genere deterrimos.

Amplius dicturum Idomeneum hic Mentor hac interpellavit quaestione: num ignorasset diu, sibi imponi? Negavit Idomeneus; et: paullatim, inquit, utriusque fraudes sensi. Ipsi turbabant sese; quippe gravis est pravitati concordia. Amborum simultas omnino aperuit, in quam detruserant me, abyssum. Eho! inquit Mentor, negligebas igitur et hunc et alterum tua dimovere domo? Tune vero, Idomeneus regerit cum gemitu, ignoras languere, trepidare principes? Actum de libertate regum est, cum se tradidere perversis et audentioribus hominibus, qui norunt fraudulenter efficere, ut eorum opera necesse sit uti. Ex omnibus illos humanissime fovent, benignissime accipiunt, cumulant gratiis, quibus omnium maxime viluerunt. Abominabar Protesilaum: permittebam tamen perseverare in imperio, pristinaeque

blendung! Ich bildete mir etwas darauf ein, ihn zu kennen, und doch hatte ich nicht Stärke genug, ihm die Macht wieder zu entziehen, die ich ihm gegeben hatte. Außer dem war er ein Mann von meinem Geschmack, gefällig, sinnreich meinen Leidenschaften zu schmeicheln und voll Eifer mir zu dienen; und dann hatte ich noch einen Grund, meine Schwachheit bey mir selbst zu entschuldigen. Aechte Tugend war mir immer fremd geblieben, weil ich die Kunst nicht verstand, rechtschaffene Leute ausfindig zu machen, um ihnen meine Geschäfte anzuvertrauen. Ich hielt die Tugend für einen schönen Traum, und glaubte nicht, daß sie auf Erden zu finden sey. Wozu dient es, sagte ich bey mir selbst, sich mit großen Geräusch aus den Händen eines lasterhaften Menschen los zu machen, wenn man, es nicht verhindern kann, in die Hände eines andern zu fallen, der weder uneigennütziger noch redlicher ist, als jener? Mittlerweile war die Flotte, die Polimenes befehligte, zurück gekehrt. Ich dachte nicht mehr an die Eroberung der Insel Karpathus, und Protesilaus konnte sich nicht so sehr verstellen, daß ich nicht bemerkt hätte, wie sehr es ihn kränkte, den Philokles zu Samos in Sicherheit zu wissen.

Nochmahls unterbrach Mentor den Idomeneus, und fragte ihn, ob er nach Entdeckung einer so schändlichen Verrätherey dem Protesilaus noch immer das Ruder seines Staats gelassen habe? Ich haßte die Geschäfte allzu sehr, antwortete Idomeneus, und bekümmerte mich zu wenig um die Regierung, als daß ich mich von ihm hätte los machen können. Ich hätte die Einrichtung ändern müssen, die ich einmahl zu meiner Bequemlichkeit gemacht hatte; ich hätte einen andern in dem Gang der Geschäfte unterrichten müssen. Hierzu fühlte ich mich nicht stark genug, und lieber verschloß ich die Augen vor den Ränken des Protesilaus. Ich tröstete mich damit, daß ich einigen vertrauten Personen offenbarte, daß mir seine Treulosigkeit nicht verborgen sey, und ich bildete mir ein, nur halb hintergangen zu seyn, da ich wußte, daß man mich hinterging. Ich ließ es den Protesilaus so-

grassari dignitatis loco. Imo, quod stupendum, gratulabar mihi, nosse artes hominis, neque tamen par eram abrogandae potestati ejus, quam ipse olim tribuebam. Accedit, quod commodis erat moribus, et obsequiosa industria lenocinandi anhelanti illicita, studiosissimus denique utilitatis meae. Et ut paucis omnia: reperiebam in eo, quod me moverat, ut meae ipsius imbecillitati patrocinarer. Nimirum exulabat a me verae virtutis cognitio, quippe qui ignorabam rebus meis peragendis operam bonorum hominum eligere, ratus neque bonos usquam, neque fidem, nisi in somniantium cerebro reperiri. Unde ipse non semel obloquebar mihi: quid juvat rem grandem moliri, ut liberere corrupti praesentia hominis, quo amoto necesse est tradere te in alterius manus eadem cupiditate, fraudulentia, dolo? Inter haec classis reducta a Polimene. Neque ego obtinendae Carpathiae vel desiderio vel cogitatione occupabar amplius. Protesilaus autem nulla simulandi disciplina adeo celare dolorem potuit, quem nuncii de incolumi Philoclis in Samon fuga illi inusserant, ut notas ejus deprehendere non debuerim.

Iterum interpellato sermone rogabat Mentor, comperto crimine num perseverasset Protesilao eumdem in morem uti? Graviorum rerum, inquit rex, peracerbus hostis, liberique captator temporis, nolebam ab hoc homine expediri. Mutandus ordo fuisset, quem commoditati vitae meae aptaveram, instruendusque alius negotiorum meorum administer. Id autem ut agerem, numquam inducere in animum potui. Libuit ergo caecutire, ut ne viderem quidem, quae a Protesilao gerebantur cum fraude. In eo duntaxat summa versabatur mei solatii, ut significarem quibusdam amicis, non ignarum a Protesilao me falli. Credebam altero tanto minus me decipi, quod decipiebar sciens. Per intervalla quoque faciebam Prote-

gar von Zeit zu Zeit merken, daß mir das Joch beschwerlich sey, das er mir auflegte. Ich machte mir nicht selten das Vergnügen, ihm zu widersprechen, irgend eine seiner Anordnungen öffentlich zu tadeln, und gegen seine Meinung zu entscheiden; aber da er meine Gemächlichkeit und Trägheit kannte, so setzte ihn mein Unwille in keine Verlegenheit. Er verlor den Muth nicht. Bald sprach er in einem dreisten und entscheidenden Tone, bald zeigte er sich nachgiebig und einschmeichelnd. Vorzüglich, wenn er sah, daß ich ihm zürnte, verdoppelte er seine Bemühungen, neue Vergnügungen für mich aussindig zu machen, um meine Kräft zu lähmen, oder mich in irgend eine Sache zu verwickeln, wobey er Gelegenheit hätte, sich mir nothwendig zu machen, und mir zu zeigen, wie sehr ihm meine Ehre am Herzen liege.

Ob ich gleich immer gegen ihn auf der Huth stand, ließ ich mich doch immer wieder durch die Art, wie er meinen Leidenschaften schmeichelte, bethören. Er half mir in allen meinen Verlegenheiten. Er wußte mir ein furchtbares Ansehen zu verschaffen. Kurz, ich konnte mich nicht entschließen, ihn zu verderben. Aber indem ich ihn bey seinem Ansehen schützte, machte ich es allen rechtschaffenen Leuten unmöglich, mir meinen wahren Vortheil zu zeigen. Von diesem Augenblick an wurde in meinem Rathe kein freyes Wort mehr gehört. Die Wahrheit entfernte sich von mir. Der Irrthum, der den Fall der Fürsten bereitet, rächte sich an mir; ich wurde dafür gestraft, den Philokles dem grausamen Ehrgeitz des Protesilaus aufgeopfert zu haben. Selbst diejenigen, welche dem Staate und meiner Person am eifrigsten ergeben waren, glaubten nach einem so schrecklichen Beyspiel keine Verpflichtung mehr auf sich zu haben, mich aus dem Irrthum zu reißen. Es war mir sogar bange, daß die Wahrheit die Wolke, die auf meinen Augen lag, durchbrechen, und trotz der Schmeichler bis zu mir gelangen möchte.

silaum intelligere, se mihi gravem esse. Non raro volupe mihi erat, dissentire ab eo: quae egisset, castigare palam: pluribus de rebus aliud, atque ille, ferre judicium. At satis gnarum inertiae meae adeo principis offensa non deterruit, ut pertinacius etiam mihi insisteret. Alias severitatis fervore importunior, alias praeferens modestiam lenitudinemque captare gratiam adnitentis. Sed longe acerrima cogitatione tum, quando amariorem me advertebat sibi, novas temporis fallendi scrutabatur artes, easque praecipue, per quas necesse erat me aut deterius mollescere, aut eo implicari incommodo, quod locum ipsi faceret, operam mihi navandi, quam alius praestare haud posset, quantumque rerum mearum satageret, multa praedicatione efferendi.

Quamquam autem magnopere ab homine nefario mihi cavebam, abripiebar tamen idemtidem mirabili ejus modo cupiditatibus meis blandiendi. Ille secretorum omnium particeps; ille me solari, cum turbabar; ille majestatem, ille potentiam meam omnibus reddere terribilem. Paucis: animum inducere non potui, ut ab aula eum relegarem. Id ipsum autem, quod foveretur a me, effecit, ut, quae ad salutem meam omnino pertinebant, de iis nemo bonus auderet loqui. Ex eo itaque momento torpebat libere sentiendi facultas in curiis. Arcebatur a me veritas. Occupatum erroribus judicium, quod ruinam parat principibus, ulciscebatur in animo meo immolatum nefariae Protesilai ambitioni Philoclem. Qui tum imperio, tum mihi studuerunt prae ceteris, arbitrabantur, per ultimum nefas tanto viro exstincto, a se deinceps exigi non posse, ut saniora suaderent regi. Imo ipse timui, ne discussis fraudum nebulis per adulatorum cuneos, frustra renitentes, se veritas in oculos meos ingereret. Timui, inquam: quo-

Denn, da ich keine Kraft mehr hatte, ihr zu folgen, so konnte ich auch ihr Licht nicht ertragen. Auch fühlte ich, daß sie mir nur die peinlichsten Gewissensbisse verursachen würde, ohne daß ich deßwegen im Stande wäre, mich aus den verderblichen Schlingen los zu winden, die mich umgeben hatten. Meine Sinnlichkeit und die Gewalt, die Protesilaus unvermerkt über mein Gemüth erlangt hatte, machten, daß ich gewissermaßen daran verzweifelte, mich je wieder in Freyheit setzen zu können. Ich suchte das Schimpfliche meines Zustandes so wohl vor mir selbst als vor andern zu verbergen. Du kennest, theurer Mentor, den elenden Stolz und den falschen Ehrgeitz, in welchem die Fürsten aufwachsen. Nie wollen sie Unrecht haben, und hundert Fehler werden begangen, um einen einzigen zu bedecken. Sie lassen sich lieber ihr ganzes Leben hindurch betriegen, als daß sie geständen, sich betrogen zu haben, oder sich entschlößen, von ihrem Irrthum wieder zurück zu kommen. In diesem Zustande befinden sich schwache und sorglose Fürsten, und ich war gerade in diesem Falle, als ich zu der Belagerung von Troja abreisen mußte.

Bey meiner Abreise übertrug ich die Besorgung der Geschäfte dem Protesilaus. Er verwaltete sie während meiner Abwesenheit mit Stolz und Unmenschlichkeit. Ganz Kreta seufzte unter seiner Tyranney, aber niemand unterstand sich, mir zu sagen, daß mein Volk unterdrückt würde. Man wußte, daß ich das Licht der Wahrheit scheute, und daß ich alle diejenigen der Grausamkeit des Protesilaus Preis gab, die es unternahmen, gegen ihn zu sprechen. Aber je weniger man es wagte, seine Klagen laut werden zu lassen, je mehr griff das Uebel um sich. In der Folge zwang er mich sogar, den tapfern Merion zu verstoßen, der mein rühmlicher Begleiter während der trojanischen Belagerung gewesen war. Er war eifersüchtig auf ihn geworden, wie auf alle diejenigen, welche ich liebte, und welche sich durch Verdienste auszeichneten.

Alle meine Leiden, theurer Mentor, entsprangen aus dieser Quelle. Es war nicht so wohl der Tod meines Sohnes, der die Kreter zur Empörung reitzte, als die Rache der Götter, die gegen meine Fehltritte

niam odio mihi fuit lux veritatis, quam sequi haud amplius poteram; praevidique vulnera, quae illatura fuit conscio malorum animo, ita tamen, ut integrum haud esset futurum exire, quibus tenebar, nefandis vinculis. Genus quoddam desperationis, omnino renunciantis libertati, erat, quo involvebar a voluptate ereptaque potestate mei, in quam sensim Protesilaus irrepserat. Tantam ergo miseriam meam nec ipse volebam scire, nec sciri ab aliis. Nosti, perdilecte hospes, quam putida perversaque aestimatione dignitatis suae imbuantur etiamnum tenelli regum animi. Nolunt umquam errasse. Peccant iterum centies, ne credantur peccasse semel. Malunt circumveniri semper, quam fateri, esse, quod semel judicaverint perperam. Satius denique credunt, in errore perseverare, quam se ab eodem expedire. Atque haec est conditio sine vigore, sine cura vitam agentium principum, et ipsius quoque Idomenei, cum solvendum erat in Phrygiam.

Ingressurus iter, Protesilao tradidi imperium, quod ille post discessum meum pro arbitrio suo superbe et avare exercuit. Perferebat Creta tyrannicos mores ejus cum gemitu. Quam male haberentur mei, scribere nemo sustinuit. Palam omnibus erat, me timere, reddi de vero certiorem, permittereque crudelitati ipsius Protesilai, qui auderent de eo deterius loqui. Augebatur itaque significandi metu subditorum mihi calamitas. Cogebar insuper eo suadente proscribere Marionem, illustre caput, ingensque mihi ad Pergama auxilium; ex quo ipso in Protesilao flamma invidiae, qua concitabatur in omnes scilicet, quos ob argumenta non nullius virtutis diligebam.

Fuit haec, quod credere te, amice, velim, omnium meorum casuum origo. Neque enim in me concitavit Cretenses mors filii, sed deorum potius ultio, sceleribus meis

erzürnt waren, und der Haß des Volks, den Protesilaus auf mich geladen hatte. Als ich das Blut meines Sohnes vergoß, waren die Kreter längst einer gewaltthätigen Regierung müde; ihre Geduld war erschöpft, und der Abscheu vor dieser letztern Handlung brachte nur dasjenige an das Licht, was schon lange in den Herzen verborgen gewesen war.

Timokrates folgte mir zur Belagerung von Troja, und gab dem Protesilaus insgeheim von allem schriftliche Nachricht, was er bemerkte. Ich sah wohl, daß ich ein Gefangener war, aber ich suchte es vor mir selbst zu verhehlen, weil ich die Hoffnung aufgab, dem Uebel abzuhelfen. Als die Kreter bey meiner Rückkehr sich empörten, waren Protesilaus und Timokrates die ersten, welche sich flüchtig machten. Ohne Zweifel würden sie mich verlassen haben, wenn ich nicht genöthigt gewesen wäre, fast zu gleicher Zeit mit ihnen zu entfliehen. Man kann darauf zählen, Mentor, daß Menschen, die sich im Glück übermüthig zeigen, im Unglück schwach und verzagt sind. Sie wissen sich nicht mehr zu helfen, so bald sie ihres Ansehens beraubt sind. Sie werden eben so kriechend, als sie vorher trotzig waren, und in einem Augenblick gehen sie von dem einen Aeußersten auf das andere über.

Wie kommt es aber, sagte Mentor, daß du diese zwey Menschen, deren schlechte Gesinnungen du von Grund aus kennest, noch immer um dich duldest? Es befremdet mich nicht, daß sie dir gefolgt sind, da sie für sich nichts Besseres thun konnten, und ich erkenne es sogar als eine großmüthige Handlung, daß du ihnen in deinen neuen Reich einen Zufluchtsort vergönntest; aber warum lässest du dich noch immer von ihnen beherrschen, nachdem du diese fürchterlichen Erfahrungen gemacht hast?

Du weißt nicht antwortete Idomeneus, wie wenig Nutzen weichliche, leichtsinnige und gedankenlose Fürsten aus allen ihren Erfahrungen ziehen. Sie sind mit allem unzufrieden, und doch fehlt es ihnen an Muth, auch nur das geringste Gebrechen zu verbessern. So viele Jahre von Gewohnheit waren für mich eben so viele eiserne Ketten geworden, welche

indignantium, iraque populi, quam in regem consciverat administri crudelitas. Ceterum jugulato filio, imperandi saevitia alias fatigati Cretenses omnino abrupere patientiam, et detestatio postremi facinoris vulnus prodidit, quod jam diu celabatur in animis.

Timocrates comitabatur me in Phrygiam, Protesilao diligentissimus proditor omnium, quae secreto potuit reperire. Equidem captivum me sensi; sed cum desperarem libertati, omittebam pensare id animo. Jam Cretensibus reditum meum armis excipientibus, primi Protesilaus et Timocrates spectabant fugam, deserturi profecto regem, nisi eadem fere, qua ipsis, celeritate mihi fuisset discedendum. Et nonne, sodes, insolescens secundis rebus superbia, inclinantibus sese iis, in pavorem desinit? Haeret, trepidat, demto, quod exercebat, imperio. Tanto serpit abjectior, quanto antea insolentior. Non citius attollas oculos, quam illa ex astris ad inferos abripitur.

Tum rogavit Mentor, quamobrem haec duo monstra hominum, quorum mores omnino pernosceret, adhuc secum pateretur vivere? Non miror, inquit, secutus eos tuam fugam esse. Melior quippe rebus suis consulendi non patebat via. Satis quoque intelligo, nihil egisse te a magnanimitatis instituto alienum, utroque eo, cum auspicabare novum imperium, accepto in fidem. At quid illud est, quod post tam atrocia facinora cognita in eorum adhuc potestate sis?

Ecquid nescis, Idomeneus respondebat, experientiam nullam utilem esse principibus molliter, sine cura, sine consilio viventibus? Habent, quod arguant, in omnibus; at non habent, arguenda qui corrigat, animum. Tam diuturna multorum annorum consuetudo, qua implicabar his viris, catena quaedam fuit, qua adstrictus iisdem

mich an diese zwey Menschen fesselten. Sie ließen mich keinen Augenblick aus dem Gesichte. Seitdem ich in diesem Lande bin, haben sie mich zu allen den Verschwendungen verleitet, die du gesehen hast. Sie haben diesen Staat, der erst im Werden ist, erschöpft. Sie haben mir diesen Krieg zugezogen, der ohne dich mein Untergang gewesen wäre, und bald würde ich in Salent dasselbe unglückliche Schicksal erfahren haben, das mich in Kreta betroffen hat. Aber du hast mir endlich die Augen geöffnet; du hast den Muth, der mir fehlte, in meine Seele gehaucht, mich in Freyheit zu setzen. Ich weiß nicht, wie du diese Veränderungen in mir gewirkt hast, aber seitdem du hier bist, ich fühle es, bin ich ein anderer Mensch geworden.

Mentor fragte hierauf den Idomeneus, wie sich Protesilaus bey dieser Veränderung der Sachen benehme? Nichts kann schlauer seyn, antwortete Idomeneus, als sein Betragen seit deiner Ankunft. Anfangs unterließ er nichts, auf eine verdeckte Weise Mißtrauen gegen dich bey mir zu erwecken. Er sprach nicht gegen dich, aber es kamen Leute zu mir, welche mir sagten, daß man Ursache habe, von diesen zwey Fremdlingen alles zu befürchten. Der eine, sagten sie, ist der Sohn des hinterlistigen Ulysses; der andere ein verschlossener Mann von tiefen Einsichten. Sie schweifen schon lange in der Welt umher; wer weiß, ob sie keine Anschläge auf dieses Reich gemacht haben? Diese Abenteurer erzählen selbst, daß sie in allen Ländern, wohin sie kamen, große Verwirrungen angerichtet haben. Dieser Staat ist erst entstanden: er hat noch keine Festigkeit, die geringste Erschütterung kann ihn umstürzen.

Protesilaus selbst sagte nichts, aber er bemühte sich, mir das Gefährliche und Uebertriebene aller dieser Veränderungen zu zeigen, die ich auf dein Anrathen vorgenommen habe. Er mischte meinen eigenen Vortheil ins Spiel. Wenn du deinem Volke Ueberfluß verschaffest, sagte er, so wird es nicht mehr arbeiten. Es wird trotzig, unlenksam, zur Empörung geneigt werden. Die Kraftlosigkeit allein und das

jungebar continenter. Illi, ex quo hic ago loci, persuaserunt, ut quod vides, in aedificia pecuniam tantam impenderem; illi exhausere vires orientis imperii; illi finitimorum odia, armaque concitarunt in me oppressura tuo destitutum opportune advenientis auxilio. Illi denique idem maturassent capiti meo Salenti, quod in Creta, discrimen. At vero tuo nunc demum illustratus consilio, eo processi audaciae, qua carebam adhuc, ut indignam servitutem a cervicibus meis eam depulsum. Et vero, quod in animo meo effecisti, ipse haud capio. Sentio inde a tuo in hanc insulam adventu me in alium hominem abiisse.

His dictis interrogatur a Mentore, qualem hac rerum mutatione Protesilaus se daret? Qualem, rex inquit, ipsa se dedisset post adventum tuum astutia. Continuo ad ea singula progressus tentanda, quibus credebat posse mihi de te suspicionem occulte iniici, nihil coram loquebatur damno tuo. Venere autem ad me crebro, monentes, cavendum a duobus hisce advenis esse. Alter, inquiebant, proditoris Ulyssis est filius; alter dissimulator sui, et acerrimo ingenio; consueti ambo aliud atque aliud regnum pervagari. Quid? si cogitant de regni tui exitio. Saltem praefracte audaces sunt, et, quod affirmant, in regionibus, quas peragrarunt, auctores magnorum motuum. Hoc vero imperium nondum adultum, nondum stabilitum, minus quisque motus conficiat.

Haec alii; at Protesilaus illud agebat, ut profectura ex rebus tuo consilio mutatis discrimina utcumque assequerer animo. Itaque propriae salutis me admonere non destitit. Nempe populi tui, inquit, per te si nummati magis, rerumque abundantes erunt, ad otium, ad fastum, ad mentis hebetudinem, ad novarum rerum cupidos impigros-

Elend macht die Menschen geschmeidig, und setzt sie in die Unmöglichkeit, der obersten Gewalt zu widerstehen. Oft versuchte er, seinen alten Einfluß wieder zu erlangen, um mich nach seinen Gefallen lenken zu können, und verbarg seine Absichten unter einem Schein von Eifer für meine Dienste. Du schwächst die königliche Gewalt, sagte er zu mir, wenn du deinem Volke die Erleichterungen verschaffest, und verursachst ihm selbst dadurch einen unersetzlichen Schaden: denn seine eigene Ruhe erfordert, daß man es in der Niedrigkeit erhalte.

Auf alles dieses antwortete ich ihm: daß es mir nicht bange sey, das Volk im Gehorsam zu erhalten, und daß ich dieß dadurch zu erreichen hoffte, daß ich mir seine Liebe erwürbe, daß ich bey aller Erleichterung, die ich ihm verschaffte, nichts von meinem Ansehen vergäbe, daß ich die Schuldigen mit unerbittlicher Strenge bestrafte, endlich daß ich den Kindern eine gute Erziehung geben ließe, und das ganze Volk an eine genaue Zucht bände, um es an ein einfaches, nüchternes und arbeitsames Leben zu gewöhnen.

Wie? sagte ich, sollte es nicht möglich seyn, einem Volke Unterwürfigkeit zu lehren, ohne es den Hungertod sterben zu lassen? Welche Unmenschlichkeit! Welche barbarische Staatskunst! Wie viele Völker sieht man, die unter einer sanften Regierung leben, und ihren Fürsten doch getreu sind? Was das Volk zur Empörung reitzt, ist der Ehrgeitz und der unruhige Geist der Großen eines Staats, denen man zu viel Zügellosigkeit gestattete, und deren Leidenschaften man keine Schranken setzte, die Menge Vornehmer und Niediger, die in Wollust, Ueppigkeit und Müßiggang leben, die allzu große Anzahl der Krieger, die die Künste des Friedens vernachläßigt haben, endlich die Verzweiflung des mißhandelten Volks, und die Grausamkeit und der Stolz der Fürsten und ihre sinnlichen

que deflectent mores. Debilitate virium una solaque miseria franguntur, imparesque fiunt lacessendae regiae potestati. Contendebat praeterea iterum atque iterum recuperare pristinam auctoritatem, facilemque meae obsequentiam voluntatis elicere: quod propositum rerum mearum studio dissimulabat. Levatis oneribus populi docebat necesse esse vires meas levari. Atque inde subditis mihi irreparabile damnum exstiturum, ut quos oporteret adversum noxias ipsis turbas servitute praemuniri.

Haec copiose disserenti simpliciter respondi: Mansurum in officio civem, si efficerem, amari ut debeam, nihilque praeter onera remitterem ex iis, quae ad auctoritatem meam referrentur: si item tenax suppliciorum futurus sim, quae deberentur sceleri, neque strenuus modo in accuranda prolis educandae diligentia, sed et acer coercendi omnem populum, ne impune abeat a simplice, frugali, et laboribus districta vita.

An reges, cedo, ita disputabam porro, continere subditum sibi non possunt, nisi inedia eum perimant? Quam insana haec civilis prudentiae praeceptio? Quot gentes cernimus moderate leniterque regi, quibus nihil principi suo fidelius? Ambitio et crudelitas procerum, agendique licentia, quam in ipsos prodigimus: immoderatio cupiditatum, quibus exporrigendis metam modumque a nobis non accipiunt; hae profecto caussae sunt tantorum in imperiis tumultuum. Quibus adde, si aut maxima pars nobilium, inferiorumque conditione molliter, delicate, otiose degit; aut indigenae, cum ab armis est vacatio, missis laboribus negotiisque necessariis, numero, quam deceat, majori sequuntur militiam. Verbo: capita defectionum sunt populorum desperatio, cum superbe avareque ipsis imperitatur: saevitia regum et in-

Lüste, die sie unfähig machen, über alle Glieder des Staats zu wachen, um unruhigen Bewegungen zuvor zu kommen; dieß sind die Quellen der Empörungen, und nicht das Brot, das man den Landmann in Ruhe verzehren läßt, und das er im Schweiße seines Angesichts erwarb.

Als Protesilaus sah, daß ich meinen Grundsätzen unerschütterlich treu blieb; nahm er ein Betragen an, daß seinem vorigen ganz entgegen gesetzt war. Er fing an, selbst die Grundsätze zu befolgen, die er nicht hatte ausrotten können. Er stellte sich von ihnen überzeugt zu seyn, sie zu billigen, und es mir Dank zu wissen, daß ich ihn über dieselben aufgeklärt hätte. Er kam allen meinen Wünschen entgegen. Er befördert die Unterstützung der Armen, und ist der erste, mir ihre Noth vorzustellen, und alle übermäßige Ausgaben zu tadeln. Du weißt selbst, daß er dir Gerechtigkeit widerfahren läßt, daß er Zutrauen zu dir äußert, und nichts unterläßt, dir zu gefallen. Das gute Vernehmen zwischen Timokrates und Protesilaus hat angefangen abzunehmen. Jener strebt nach Unabhängigkeit; Protesilaus ist eifersüchtig darüber, und ich habe die Entdeckung ihrer Treulosigkeit zum Theil ihren Mißhelligkeiten zu danken.

Mentor sagte lächelnd zu Idomeneus: aber wie konntest du in dem Grade schwach seyn, dich so lange Jahre von zwey Verräthern beherrschen zu lassen, deren Treulosigkeit dir bekannt war? Ach du weißt nicht; antwortete Idomeneus, wie viele Gewalt schlaue Menschen über einen schwachen und sorglosen Fürsten haben, der sich von ihnen in allen seinen Geschäften leiten läßt, und dann habe ich dir schon gesagt, daß Protesilaus jetzt alle deine Entwürfe zum gemeinen Besten billigt.

Mit ernster Miene fuhr Mentor fort: ich sehe nur zu gut, welches Uebergewicht die Bösen über die Gu-

tolerabilis elatio, praeter vivendi mollitudinem, qua impares redduntur observandis membris singulis imperii, ut tumultibus possint praevertere. Haec, inquam, capita sunt defectionum; non alimenta, quibus tranquillo civi concedimus vesci, postquam ex agrorum cultu ea cum sudore vultus sibi comparavit.

Ab his ergo praeceptis Protesilaus intelligens me dimoveri non posse, statuit praeteritae vitae rationi maxime adversam inducere. Coepit nimirum ex meae disciplinae instituto agere, quam damnare non patiebatur ratio; fingebat se illi assentiri: non posse repugnare: gratias etiam debere mihi, ex quo saniora didicisset Superat ille nunc vota mea desideriaque. Quippe primus pauperum advocatus ante alios eorum calamitates nunciat, et de immodicis aulae sumtibus, velut de re sua, conqueritur. Te ipsum, quod nosti, probat: aperte innititur in tua fiducia, et superstitiosa sollicitudine officii se offert tuae ejusdem gratiae. Timocrates vero Protesilai amicitiam minus jam colit. Imo fuit, ne parere amplius illi debeat, cum tentaret efficere. Unde Protesilai offensio, et utriusque simultas, quae mihi ad cognoscendam eorum iniquitatem non otiosum suppeditavit adminiculum.

Ad haec subridens Mentor: Tam incredibiliter ergo delumbatis viribus eras, ut tot annorum tyrannidem, etiam sciens, quorum exerceretur perfidia, tuleris? At ingemiscens Idomeneus: nescis, inquit, quantas vires in regem desidiosum et inertem habeat fraudulentorum hominum, cum eidem se permisit, astutia. Accedit, quod, ut dixi, ratio nulla sit, qua tu ad salutem publicam uteris amplificandam, quacum Protesilaus jam non conspiret.

Tum Mentor ad severitatem composito vultu sermonem continuans: Manifestum est, inquit, malitiam pro-

ten bey den Fürsten haben. Du selbst bist ein schreckliches Beyspiel davon. Aber wie kannst du sagen, daß ich dir die Augen über den Protesilaus geöffnet habe, da du verblendet genug bist, die Leitung deiner Geschäfte noch immer einem Menschen zu lassen, der nicht zu leben verdient? Wisse, daß die Lasterhaften allerdings auch fähig sind, Gutes zu thun; sie thun es eben so, wie das Böse, wenn es ihre ehrgeitzigen Absichten befördert. Böses zu thun, kostet ihnen nichts, denn keine wohlwollende Gesinnungen, keine Grundsätze der Tugend halten sie zurück; aber es kostet ihnen auch keine Ueberwindung, Gutes zu thun, denn ihre Verdorbenheit treibt sie an, sich durch löbliche Handlungen den Schein der Tugend zu geben, und andere dadurch zu täuschen. Eigentlich sind sie gar keiner Tugend fähig, wenn sie sie auch gleich auszuüben scheinen; wohl aber sind sie fähig, das verabscheuungswürdigste aller Laster, die Heucheley, zu ihren übrigen zu gesellen. So lange du darauf bestehest, recht zu handeln, wird Protesilaus immer bereit seyn, auch so zu handeln, um sein Ansehen zu erhalten; aber sollte er nur die geringste Geneigtheit bey dir merken, etwas von der Strenge deiner Grundsätze nachzulassen, so würde er alles aufbiethen, dich wieder in deine vorigen Irrthümer zu stürzen, und er würde seinen listigen Ränken und seiner herrschsüchtigen Natur wieder freyen Lauf lassen. Kannst du ruhig und als ein Mann von Ehre leben, so lange ein solcher Mensch dich in seinen Banden hält, und du weißt, daß der weise und redliche Philokles arm und entehrt in der Insel Samos schmachtet?

Du siehst wohl ein, Idomeneus, daß hinterlistige und freche Menschen, welche gegenwärtig sind, schwache Fürsten nach ihrem Gefallen lenken; aber du solltest hinzu fügen, daß sie noch an einem andern Uebel leiden, das nicht geringer ist, nähmlich die Rechtschaffenheit und die Dienste eines entfernten Mannes leicht zu vergessen. Die Menge der Menschen, welche einen Fürsten umgeben, ist Ursache, daß kein Ein-

bitati a regibus anteponi. Argumentum ex te peto tragicum nimis. Meo quidem, quod ais, illustratus es consilio, ut recte Protesilaum nosceres; at non es illustratus, quoniam adhuc imperare sinis, quem nefas est vivere. Malos pares etiam esse faciendo bono, quis ignorat? Malum agunt utique sine molestia; neque enim aut stimulos habent ipsi, quibus nos ad meliora impellimur, aut praeceptum ullum virtutis, quo revocamur ab illicitis. Sed tamen et bonum quandoque agunt non inviti, quoniam ad id moventur pravitate, tum ut speciem consequantur virtutis, tum adjumentum minime suspectum imponendi mortalibus ceteris. Et ut dicam, quod res est: capaces non sunt virtutis, tametsi videantur exercere virtutem. Noverunt autem sceleribus suis adjungere scelerum longe omnium scelestissimum, simulationem. Quodsi boni aliquid simpliciter et perseveranter decreveris: Protesilaus, ne spolietur ornamentis suis, in societatem ejus non recusabit venire. Quodsi autem vel umbram viderit suspicionis, te posse a melioribus facile consiliis dimoveri: nae ille curiosissimus erit, in antiquam te silvam ut retrahat, pristinamque fallendi saeviendique licentiam recuperet. Potesne igitur honeste et tranquille vivere, dum haec pestis in ore tuo dies noctesque pendet, dum fides, dum sapientia Philoclis in Samo te sciente profanatur tanta egestatis injuria?

Nosti, o rex, homines fraudulentos audacesque, cum praesentes sunt, facile in animos influere vitiis obnoxiorum principum; contra vero, quae altera, nec levior miseria regum, ex animis eorum non difficilius effluere virtutes et merita virorum absentium. Multitudo hominum, quae circumfluit principes, non sinit eos firmiter reminisci singulorum. Illa duntaxat imprimunt animo,

zelner einen tiefen Eindruck auf sie macht. Nur das Gegenwärtige, nur, was ihnen schmeichelt, wirkt auf sie. Alles übrige verschwindet bald aus ihrem Gedächtniß. Unter allem rührt sie die Tugend am wenigsten, weil sie, statt ihnen zu schmeicheln, ihnen widerspricht, und ihre Schwachheiten verurtheilt. Darf man sich wundern, daß niemand sie liebt, da sie selbst nichts lieben, als ihre eigene Größe und ihr Vergnügen?

quae et praesto et jucunda sunt; ceteris haud onerant memoriam. Quae autem virtutis sunt, vel minime vel raro insidere in mente sinunt, cum ea non modo palpi nil afferant, sed mores etiam eorum redarguant. Cui igitur mirum sit non diligi principes, cum amplitudini suae uni applaudentes praeter illa, quibus delectantur ipsi, nihil sibi putent diligendum?

XIV. Buch.

Als diese Unterredung zu Ende war, rieth Mentor dem Idomeneus, den Protesilaus und Timokrates ohne Verzug zu entfernen, und den Philokles zurück zu rufen. Den König hielt nur noch eine Bedenklichkeit zurück. Er fürchtete die strenge Tugend des Philokles. Ich kann es nicht bergen, sagte er, wie sehr ich ihn auch liebe und achte, so ist mir doch ein wenig bange auf seine Zurückkunft. Von früher Jugend an bin ich an Schmeicheley und an ein eifriges Bestreben, mir zu gefallen, gewöhnt worden, und alles dieß kann ich nicht hoffen, bey diesem Manne zu finden. So bald ich etwas that, das er nicht billigte, konnte ich in seiner traurigen Miene mein Verdammungsurtheil lesen. Wenn wir allein waren, war sein Betragen gegen mich zwar erfurchtsvoll und bescheiden, aber zugleich kalt.

Siehest du nicht, antwortete Mentor, daß Fürsten, die die Schmeicheley verdorben hat, alles trocken und unangenehm finden, was doch nur die Wirkung edler Freymüthigkeit ist? Ihre Verblendung geht so weit, daß sie glauben, derjenige habe keinen Diensteifer, und sey ein Hässer ihres Ansehens, welcher keine knechtische Seele hat, und nicht geneigt ist, ihre Ungerechtigkeiten und den Mißbrauch ihrer Macht gut zu heißen. Wer ein Wort spricht, das von freyer und edler Gesinnung zeugt, däucht ihnen stolz, tadelsüchtig und zur Empörung geneigt. Sie sind so reitzbar, daß alles, was nicht Schmeicheley ist, sie verwundet

LIBER XIV.

His dictis Mentor Idomeneo suadebat, ut, Protesilao et Timocrate dimissis, Philoclem revocaret e Samo. Quod ut ageret rex, nihil eum morabatur praeter metum, quem ex Philoclis severitate conceperat. Fateor, inquiebat, quamquam mihi et carus et plurimi sit, aliquantum certe timorem ob reditum ejus non posse me abjicere. A teneris assuevi audiendis laudibus, summis ad gratiam amicitiamque meam adspirantium contentionibus, placendi denique largissimo studio: quae quidem frustra ab homine illo exspecto. Ut primum peccabam, tristi oris habitu consueverat me peragere reum. Solitarius congressus ejus a reverentia modestiaque commendandus; at jejunus, remissioris studii, et paene frigidus fuit.

Ecquid intelligis, Mentor his addidit, qui libero apertoque sunt animo, assentatione depravatis principipium ingeniis quasi jejunos et difficiles videri? Quid? quod etiam credunt, languidos eos in officiis esse, suaeque infestos potentiae, cum primum eos vident abesse a servilibus moribus, nec paratos adulari scelera potestate sua turpissime abutentium principum. Quodlibet verbum sine timore vel cum constantia prolatum, fastum, dicacitatem, perduellionem ipsis spirare videtur. Prolabuntur in exquisitum adeo delicatumque fastidium animi,

und aufbringt. Aber laß uns weiter gehen. Ich setze, Philokles sey wirklich kalt und strenge in seinen Grundsätzen; ist diese Strenge nicht heilsamer, als die verderbliche Schmeicheley deiner Rathgeber? Wo wirst du einen Menschen ohne Fehler finden? Und solltest du den Fehler eines Mannes, der dir die Wahrheit mit Freymüthigkeit sagt, nicht unter allen am wenigsten fürchten? Was sage ich? Ist dieses Gebrechen nicht sogar nothwendig, deine eigenen zu heilen, und die Abneigung vor der Wahrheit zu besiegen, die dir die Schmeicheley gegeben hat? Du bedarfst eines Mannes, der nur die Wahrheit und dich liebe, der dich mehr liebet, als du dich selbst liebest, der dir die Wahrheit sage, auch wenn sie dir zuwieder ist, der dein Herz bis in seine geheimsten Schlupfwinkel verfolge; und dieser unentbehrliche Mann ist Philokles. Wisse, daß ein Fürst sich glücklich zu preisen hat, wenn nur ein einziger Mensch mit einer solchen edlen Seele unter seiner Regiernng geboren wird, daß er das kostbarste Kleinod des Staats ist, und daß ihn die Götter nicht strenger bestrafen können, als wenn sie ihn eines solchen Menschen berauben, weil er seinen Werth nicht einsieht, und den er nicht zu besitzen verdient. Wenn rechtschaffene Männer auch Fehler haben, so kommt es nur darauf an, sie kennen zu lernen. Man muß sich dieser Männer aber doch bedienen. Weise sie zurecht; überlaß dich nicht blindlings ihrem unüberlegten Eifer, aber sey bereitwillig, sie zu hören. Ehre ihre Tugend; zeige der Welt, daß du ihren Werth nicht erkennest. Vor allem aber hüthe dich vor den Fehltritten, die du bisher begangen hast. Verwöhnte Fürsten, wie du einer warst, begnügen sich, schlechte Menschen zu verachten, aber sie gebrauchen sie dennoch, schenken ihnen ihr Vertrauen, und überhäufen sie mit Wohlthaten. Auf der andern Seite wollen sie auch das Ansehen haben, die Rechtschaffenen zu kennen, aber sie schränken sich auf ein unbedeutendes Lob ihrer Vorzüge ein, sie ertheilen ihnen keine Aemter, sie würdigen sie nicht ihres vertrauten Umgangs, sie lassen ihnen keine Wohlthaten zufließen.

Idomeneus gestand jetzt, daß er beschämt sey so lange gewartet zu haben, die unterdrückte Unschuld

ut nisi adulationem perferre haud queant. Sed pergamus. Philocles severus et aridus affatu est. Sit ita. Severitatem ergo postpones pestiferis amicorum tuorum blanditiis? Quis sine naevo? Imo ut verum et ego sine timore dicam: Nonne is naevus est, quem minime permetuas? Nonne is naevus, quo carere amicum haud decet, ut et emendentur tui naevi, et desinas veritatem aversari, cujus nauseae te innutrivit adulatio? Homine opus habes, qui praeter veritatem nihil amet: qui te plus amet, quam tu ipse intelligas, quantum amare te debeas: qui verum dicat tibi etiamsi graviter id feras, omnemque tergiversationibus, ad quas te verteris, praeripiat locum. Atqui Philocles is homo est. Crede sis, fortunae ipsi anteire principes, quorum tempora natalibus illustrantur tam magnanimi viri: gemma quippe imperii est. Unde illud longe gravissimum supplicium, quod a diis infligitur regi, quod virum talem amittet, quo nisi sciat uti, meretur carere. Virorum bonorum quidem scire debes qua ratione cognoscenda sint vitia, neque tamen abdicare, quam dare possint, operam. Fac eos reducas ad frugem; noli caecos eorum impetus sequi; benignas tamen aures praebe dicentibus; virtutem, qua pollent, honora, et ostende palam, nosse te illustrare eam et ornare. Inprimis autem prorogare statum cave, in quo versatus eras adhuc. Credunt depravati reges, quorum tu similis eras, sufficere, alieno se ab iis esse animo, a fide qui deflectunt, servis; tametsi pergant iisdem committere negotia cum fiducia et etiam praemia addant. Contra honestum sibi ducunt bonos viros nosse: at praeter nudas sterilesque laudes nec aliud illis tribuunt, nec audent illis aut aliquid demandare negotii, aut aliquid impertiri vel amicitiae vel gratiae.

Coepit dehinc Idomeneus significare, pigere se de-

zu befreyen, und diejenigen zu bestrafen, die ihn hintergangen hätten. Und nun kostete es Mentorn keine Mühe mehr, den König zu bewegen, seinen Günstling zu verstoßen. Denn hat man es nur so weit gebracht, den Fürsten ihre Lieblinge verdächtig und verhaßt zu machen, so werden sie ihrer sogleich müde; ihre Gegenwart setzt sie in Verlegenheit, und sie säumen nicht, sich von ihnen los zu machen; die Freundschaft hat ein Ende; alle Dienste sind vergessen; der Liebling fällt unbedauert; man eilt, ihn aus seinen Augen zu entfernen.

Sogleich gab der König den Hegesippus, einem der ersten Hofbedienten, geheimen Befehl, den Protesilaus und Timokrates in Verhaft zu nehmen, und sie unter sicherer Begleitung nach der Insel Samos zu bringen, sie daselbst zu lassen, und Philokles aus dem Orte seiner Verbannung zurück zu führen. Hegesippus, von diesem Befehl überrascht, konnte sich nicht erwähren, Freudenthränen zu ergießen. Wie glücklich, sagte er zum König, wirst du deine Unterthanen machen! Dein ganzes Unglück, alle Leiden deines Volks rührten von diesen beyden Menschen her. Zwanzig Jahre lang zwangen sie alle Rechtschaffenen zu seufzen, und kaum wagte man, seine Seufzer laut werden zu lassen, so grausam war der Druck, unter dem man lebte. Sie verfolgten alle diejenigen, welche es versuchten, ohne ihre Vermittelung Zutritt zu dir zu finden.

Jetzt entdeckte Hegesippus dem Könige eine Menge treuloser und unmenschlicher Handlungen, welche diese zwey Menschen begangen hatten, und die dem König unbekannt geblieben waren, weil es niemand gewagt hatte, sie anzuklagen. Auch erzählte er ihm, was er von einer geheimen Verschwörung gegen Mentors Leben gehört habe. Mit Entsetzen vernahm der König alle diese Dinge.

Hegesippus säumte nicht, den Protesilaus in seinem Pallaste zu ergreifen. Er war nicht von so großem Umfange, aber weit bequemer und anmuthiger als der Pallast des Königs und in einem bessern Geschmack

decoris, quod adeo cunctatus esset succurrere oppressae innocentiae, poenisque ulcisci perfidiam. Unde facile Mentori erat, inducere regis animum, ut statueret loco movere hominem, cujus tanta apud eum existebat gratia. Quippe ubi principibus aliquando persuaseris, ut gratos sibi homines in suspicionibus ponant, eorumque taedium eos capiat: diuturna molestia fessi id moliuntur unum, ut liberum ab ipsis sibi latus praestent. Obsolescit amicitia: veterascunt merita: et gemitu caret amicissimorum calamitas, modo contueri eos desinant.

Protinus ergo Hegesippo, inter nobilissimos purpuratorum non ultimo, clam imperatum a rege, ut Protesilaum et Timocratem comprehensos transportaret in Samon, iisque in ea insula depositis, inde Philoclem ab exilio reduceret. Haec res Hegesippo primum vehementem admirationem, deinde superante laetitia etiam lacrimas movit. Nunc tandem, rex, inquit, facis, ut subditi tibi eximia caritate amplectantur te, divum caput! Haec illa pestis gemina, quae intulit, quidquid malorum pertulere tui tecum: quae vicenos non minus grassata annos bonis omnibus tot expressit gemitus, et o inaudita crudelitas! ne istos quidem prorsus liberos. Haec opprimit, quisquis ad te viam audet tentare quam ipsa non straverit.

Hegesippus deinde regi permulta declaravit, quae nefarie crudeliterque ab iis erant gesta; Idomeneo autem tum primum cognita, cum nemo auderet, eorum auctores accusare. Retulit etiam, quae de conspiratione quadam contra Mentoris caput detexerat, rege singulis nunciis maximum in terrorem adducto.

Jam Hegesippus ad comprehendendum in domo sua Protesilaum strenue contendit. Inferior haec erat regio palatio magnitudine, commodior tamen jucundiorque

aufgeführt. Die Kosten, mit welchen Protesilaus ihn ausgeschmückt hatte, waren von den Unglücklichen erpreßt. Er befand sich gerade damahls in einem marmornen Saal neben seinen Bädern, nachläßig ausgestreckt auf einem Ruhebette von Purpur mit goldenem Stickwerck. Er schien müde und erschöpft von seinen Arbeiten. Seine Augen und seine Augenbraunen zeigten etwas Unruhiges, Finsteres und Wildes. Die Großen des Reichs saßen auf Teppichen rund um ihn her. Ihre Mienen richteten sich nach den seinigen. Der kleinste Wink seiner Augen entging ihnen nicht. Kaum öffnete er den Mund, so brachen schon alle in laute Bewunderung dessen aus, was er zu sagen im Begriff war.

Einer der Angesehensten der Versammlung erinnerte den Protesilaus mit lächerlicher Uebertreibung an seine dem König geleisteten Dienste. Ein anderer wollte ihn glauben machen, daß Jupiter seine Mutter getäuscht, und ihm das Leben gegeben habe, und daß er ein Abkömmling des Vaters der Götter sey. Ein Dichter sagte im Verse her, deren Inhalt war, daß Protesilaus von den Musen unterwiesen, es dem Apoll an Werken des Geistes gleich gethan habe. Ein anderer Dichter trieb seine Kriecherey und Schamlosigkeit noch weiter, und nannte ihn in seinem Gedichte den Erfinder der schönen Künste und den Vater des Volks, das er glücklich mache. Er stellte ihn vor, das Füllhorn in der Hand haltend.

Protesilaus hörte alle diese Lobsprüche mit gleichgültiger, zerstreuter und verächtlicher Miene an, als ein Mensch, der überzeugt ist, daß er noch größere verdiene, und demjenigen eine Gnade erweise, von dem er sich loben lasse. Ein Schmeichler wagte es, ihm etwas in das Ohr zu flüstern: es war ein lustiger Einfall über die neue Ordnung, die Mentor im Staate einführen wollte. Protesilaus lächelte, die ganze Versammlung lachte mit, obgleich die wenigsten

opere et situ. Quippe et minus in architecturae peccaverat praecepta ; et ex sanguine oppressae egestatis majora ornamenta dominus adjecerat. Is tum moratus in atrio marmore exornato , et balneis apposito , vacuus ab omni cura incompositum corpus abjecerat in lectum , purpura aureoque acus opere superbientem. Fessum curis et exhaustum negotiis exterior prodebat habitus. Oculi superciliaque notas praeferebant inquieti animi, quippe ancipites, parum laeti , aspectuque truculenti. Cingebatur ab optimatibus et principibus imperii. Stratis suo quisque ordine insidebant , oculis in Protesilai vultu defixis, et sollicite aucupantibus nutus ejus. Acclamabatur vix orso idoneas integro vocabulo syllabas, eaeque omnibus oraculis praeferebantur retro saeculorum.

Quidam ex primoribus multitudinis , quid quantumque regis commodo et gratia Protesilaus gesserit , commemorabat oratione exagerata ad risum. Alius asserebat Jovem amatorio furto illius genitrici junctum , unde ipse spiritum , ortumque ex deorum patre haberet. Fuit poeta quidam , qui progressus in medium, recitabat carmen, quo Protesilaum contendebat magistras Musas habuisse , et Apollinei ingenii adaequare miracula. Ab alio haud paullo impudentiori inventor bonarum artium et pater populorum , suam ei debentium felicitatem , appellabatur, iis attributis ipsi affictisque , ut credidisses , cornucopiae ejus sese manibus devinxisse.

Atqui haec praeconia Protesilaus arido otiosoque vultu accipiebat , et contemnentis specie , veluti qui norit majores laudes se mereri , et aequo indulgere nimium, si laudari se patiatur. Assistebat inter alios , qui moris adulandi egregie sciens , ad cavillanda instituta , quae Mentor imperii bono cogitabat, libere quaedam Protesilao jocabatur in aurem. Subrisit is modicum , quod ab univer-

sten wissen konnten, was gesagt worden war. Aber da Protesilaus gleich wieder seine ernste und trotzige Miene annahm, so kehrte auch jeder wieder zur Furcht und zum Stillschweigen zurück. Viele der angesehensten Personen sahen den Augenblick mit Sehnsucht entgegen, wo Protesilaus sich gegen sie wenden, und sie anhören würde; sie schienen furchtsam und verlegen zu seyn. Ihre demüthige Stellung zeigte, daß sie gekommen waren, eine Gnade von ihm zu erbitten. Sie glichen an Unterwürfigkeit einer Mutter, die, vor die Altäre der Götter hin geworfen, die Unsterblichen um die Genesung ihres einzigen Kindes anfleht. Alle schienen zufrieden und mit Liebe und Bewunderung gegen Protesilaus erfüllt zu seyn, ob gleich in ihren Herzen unversöhnlicher Haß gegen ihn wohnte.

In diesen Augenblick trat Hegesippus herein, bemächtigte sich des Degens des Protesilaus, und kündete ihm im Nahmen des Königs an, daß er nach der Insel Samos gebracht werden sollte. Bey diesen Worten sank der Trotz des Günstlings, wie ein Felsen sinkt, der sich vom Gipfel eines steilen Berges losreißt. Zitternd wirft er sich den Hegesippus zu Füßen; er weint; er sucht Worte; seine Zunge stammelt; er bebt; er umfaßt die Knie eines Mannes, den er eine Stunde vorher keines Blickes gewürdigt hatte. Alle, die ihn vergöttert hatten, gingen, da sie ihn ohne Rettung verloren sahen, von den Schmeicheleyen zu den umbarmherzigsten Verwünschungen über.

Hegesippus erlaubte ihm nicht, weder den Seinigen das letzte Lebewohl zu sagen, noch gewisse geheime Papiere zur Hand zu nehmen. Man bemächtigte sich derselben, und überbrachte sie dem König. Timokrates wurde zu gleicher Zeit in Verhaft genommen. Er gerieth in das größte Erstaunen, denn da er mit Protesilaus zerfallen war, glaubte er nicht sein unglückliches Schicksal theilen zu müssen. Man brachte

so coetu adstantium, quamquam caussa hujus a plerisque necdum intelligi potuit, pari vultus hilaritate est exceptum. At illo consuetam oris difficultatem arrogantiamque revocante, ad silendi reverentiam magna cum cura pariterque est reditum. Multi nobiles stabant suspensi exspectatione momenti, quo forte a Protesilao essent respiciendi audiendique, et prae se ferentes sollicitudinem turbati eo animi, quod ad efflagitandam gratiam erant accessuri. Supplicum habitus, quo suum quisque corpus composuerat, iis etiam tacentibus explicabat, quid vellent. Tantaque omnium videbatur demissio, quanta matres, ad infima altarium trepidantes, salutem haeredis unici a caelestibus sollicitant. Credere fas erat, Protesilaum omnibus plurimum probari, eximie diligi, ob merita parem deo censeri, quamquam aeternum ejus odium fovebant sinu.

Eo ipso momento Hegesippus intravit. Arma a Protesilao repetit: indicat regis nomine, in Samon insulam eum a se ducendum actutum. Ad haec verba fastus, regio favore potentissimi, hominis non secus ac revulsum a praeruptis scopulis fragmentum ruit. Ille trepidare: advolvi pedibus internuncii. Inundari fletu: haesitare lingua: praecipitare verba: palpitare: amplecti Hegesippi genua, cujus paulo ante vultum dedignabatur. Immoderatissimi autem buccinatores laudum ejus cum vidissent, non dignitate tantum, sed spe etiam salutis eum esse privatum, adulationi substituerunt ludibria, recenti miseriae, quantum poterant, insultantes.

Hegesippus ne moram quidem ei indulgendam ratus aut salutationis ultimae suorum, aut ex interioribus et reconditis litteris nonnullas surripiendi, colligi omnia, atque ad regem curavit deportari. Protinus et ipse Timocrates vinctus est cum incredibili scilicet ipsius perturbatione;

sie auf ein Schiff, das schon für sie bereitet lag. Sie reis'ten ab.

Man langte in Samos an. Hegesippus ließ diese zwey Unglücklichen daselbst, und um ihr Unglück vollkommen zu machen, ließ er sie beysammen. Von Wuth ergriffen, warfen sie sich hier die Verbrechen vor, die sie begangen, und die ihren Fall bewirkt hatten. Hier lebten sie, ohne Hoffnung, Salent je wieder zu sehen, verurtheilt, fern von ihren Weibern und Kindern ihr Daseyn hinzubringen; ich sage nicht, fern von ihren Freunden, denn sie hatten keine. Man hatte sie in ein fremdes Land gebracht, wo sie kein anderes Mittel hatten, ihr Leben zu erhalten, als ihre Arbeit; sie, die so viele Jahre im Vergnügen und in stolzer Ueppigkeit gelebt hatten. Sie glichen zwey wilden Thieren, immer bereit, einander zu zerreißen.

Jetzt erkundigte sich Hegesippus an welchem Orte der Insel Philokles lebe. Man sagte ihm, daß er fern von der Stadt auf einem Berge wohne, wo ihm eine Grotte zum Aufenthalt diene. Jedermann sprach mit Bewunderung von diesem Fremdling. Seitdem er auf der Insel lebt, sagte man, hat er niemand beleidigt. Alles bewundert seine Geduld, seinen Fleiß, seine Seelenruhe. Obgleich arm, scheint er doch immer zufrieden zu seyn. Von allen Geschäften entfernt, ohne Vermögen, ohne Ansehen weiß er sich doch alle diejenigen zu verbinden, die es verdienen, und es fehlt ihm nicht an tausend sinnreichen Mitteln, seinen Nachbarn Vergnügen zu machen.

Hegesippus näherte sich dieser Grotte. Er fand sie offen und leer; denn bey der Armuth und Einfalt womit Philokles lebte, brauchte er sie beym Weggehen nicht zu verschließen. Eine grobe Matte von Schilf diente ihm zum Lager. Selten zündete er Feuer an, weil er nichts Gekochtes aß. Im Sommer nährte er sich von den Früchten, die er frisch vom Baume pflückte, im Winter von getrockneten Datteln und Feigen. Eine klare Quelle, die weiß beschäumt vom Felsen

nam quod a Protesilai amicitia abscesserat, haud putabat fieri posse, ut cogeretur ejusdem casum sequi. Parata navis utrumque avexit.

Venitur Samon: deponuntur ab Hegesippo uno eodemque loco: quae res miseriam eorum explet omnibus numeris. Quippe mutua acerbaque commemoratione criminum sese vellicant, quae tanto damno suo perpetrarunt. Spes reditionis domum sublata penitus, decretumque, ut exilium procul ab uxoribus et liberis ferant. Non addo: procul ab amicis, quippe quos non habent. Deportati sunt in ignotam terram, ne aliunde, quam ex stipe operis diurni alimenta possint conquirere, qui diuturnae luxuriae apparatu abdomen saginarunt. Ferarum impetu ad mutuas caedes continenter adspirant.

Interea Hegesippus percontatur, qua parte insulae Philoclem reperiret. Nunciatumque est, longius eum ab urbe et in monte esse: antrum incolere. Qui in mentionem ejus cum Hegesippo inciderant, passim mores hominis commendabant: nemini, ex quo esset in insula, gravem eum fuisse; imo ob patientiam, industriam et aequitatem animi magnopere indigenis placere. Nihil habenti nihil deesse: a rebus publicis quantumvis remotum, vacuumque tum fortunis tum muneribus, haud omittere pro viribus adjuvare non indignos auxilio: numerari non posse, quibus modis studeret vicinis opitulari.

Pergit itaque Hegesippus. Vacuam antri sedem videt, liberoque aditu. Ea quippe rerum inopia erat et morum simplicitate Philocles, ut prodeunti opus non esset pessuli fidem invasuris opponere. Culcitra ex duriore junco erat ei lectus. Solitus nullo cocto cibo vesci ignem fere abstinebat specu. Recentibus pomis per aestatem consulebat fami: hiemem aridis dactylis ficubusque tolerabat. Sitim perennes aquae restinguebant, quae labentes e pe-

herab fiel, stillte seinen Durst. Seine Grotte enthielt nichts, als die zur Bildhauerey nöthigen Werkzeuge und einige Bücher, die er zu gewissen Stunden las, nicht um seinen Geist zu schmücken, oder seine Neugierde zu befriedigen, sondern beym Ausruhen von seiner Arbeit, sich zugleich zu unterrichten, und zur Tugend zu bilden. Die Bildhauerkunst trieb er nur, seinen Körper zu üben, dem Müßiggang zu entgehen, seinen Unterhalt zu gewinnen, und der Hülfe anderer entbehren zu können.

Hegesippus bewunderte bey seinem Eintritte in die Grotte die angefangenen Arbeiten. Er bemerkte einen Jupiter, aus dessen heiterem Antlitz eine solche göttliche Hoheit strahlte, daß man hieran leicht den Vater der Götter und Menschen erkannte. Dort erblickte er einen Mars, den wilder, trotziger Muth bezeichnete. Aber was am stärksten auf ihn wirkte, war eine Minerva, welche die Künste aufmunterte. Aus ihrem Angesichte leuchtete Anmuth und Würde. Ihre Leibesgestalt war groß und ungezwungen. Ihre Stellung athmete so viel Leben, daß man glaubte, sie wolle sich bewegen. Nachdem Hegesippus diese Bildsäulen mit Vergnügen betrachtet hatte, ging er aus der Höhle, und erblickte den Philokles von weitem unter einem großen Baum. Er saß auf dem Rasen und las in einem Buche. Er ging auf ihn zu. Philokles ward ihn gewahr, und wußte nicht, was er von dieser Erscheinung denken sollte. Ist dieß nicht, sagte er bey sich selbst, Hegesippus, mit dem ich so lange in Kreta gelebt habe? Aber wie unwahrscheinlich, daß er in diese entlegene Insel kommen sollte! Sollte es sein Schatten seyn? Ist er todt und kommt er von den Ufern des Styx?

Indem er in dieser Ungewißheit war, kam ihm Hegesippus so nahe, daß er ihn erkennen mußte. Er umarmte ihn. Bist du es, sagte er zu ihm, mein trauter, alter Freund? Welcher Zufall, welcher Sturm hat dich an dieses Gestade geworfen? Warum hast du

tra sibi parabant receptaculum, quali aquas excipimus, idoneas ad potum. Instrumenta ad sculpendas imagines supellex erat, librique non multi, quos statis horis lectitabat, ut inde vacuis temporibus praecepta hauriret probitatis, non ornamenta ingenio arcesseret, aut pabulum novitatis cupidini. Collocabat in fabricandis signis operam, ne otio corporis vires obtorpescerent, et ne deficiente, unde victitaret, alienum fatigandum esset auxilium.

Hegesippus ingressus specum, admirabatur opera, quae tunc primam acceperant manum. Simulacrum Jovis vidit, cujus faciem ea majestas animabat, ut vel inde potuerit deorum hominumque pater nosci. Alia ex parte minas suas ferocius, quam exspectares ab imagine, adspirabat Mars. Quae autem oculos animosque feriebat prae ceteris, Minervae effigies erat, excitantis Musarum industriam; oris generosa suavitas, corporisque ut procerus habitus, ita non diversus ab eo, in quem artus consuevit natura componere; motuum denique tam vehemens imitatio, ut videretur gradum non figere, sed moliri. In horum contemplatione aliquamdiu et perjucunde versatus, loco egreditur: Philoclem e longinquo aspicit sub insigni arbore, in laetiori humo depositum, et vacantem libro. Appropinquat Hegesippus. Visoque eo, quid crederet, incertus Philocles: Fallor, inquit cum animo suo, an Hegesippus huc se, ille, quocum in Creta tam diuturna mihi consuetudo? Scilicet ille tam procul in desertum hunc locum? Imo manes ejus a stygiis huc commearunt vadis.

Haesitanti Hegesippus supervenit adeo, ut, quis esset, ignorare Philocli deinceps non licuerit. Ergo impetu insolentis gaudii in collum ejus ruit, et: tene, inquit, intueor, diu mihi et vere amicum caput? Quis te casus,

Kreta verlassen? Hat dich ein Unglück, ähnlich dem meinigen, unserm Vaterlande entrissen.

Hegesippus antwortete: kein Unglück, nein, die Gunst der Götter führt mich hieher. Und nun erzählte er ihm die langwierige Tyranney des Protesilaus, die heimlichen Ränke, die er mit Timokrates gespielt, das Unglück, in welches er den Idomeneus gestürzt, den Fall dieses Fürsten, seine Flucht nach den Küsten von Hesperien, die Gründung der Stadt Salent, die Ankunft Mentors und Telemachs daselbst, die weisen Grundsätze, die jener dem König eingeflößt und den Sturz dieser zwey Verräther. Er fügte hinzu, daß er sie nach Samos gebracht habe, damit sie hier in eben der Verbannung lebten, die sie dem Philokles zugezogen hätten, und endigte damit, daß er ihm sagte, daß er Befehl habe, ihn nach Salent zurück zu bringen, und daß der König seine Unschuld erkannt habe, ihm seine Geschäfte anvertraue, und ihn glücklich machen wolle.

Siehst du, erwiederte Philokles, jene Höhle, die eher gemacht scheint, der Aufenthalt wilder Thiere zu seyn, als von menschlichen Wesen bewohnt zu werden. Hier habe ich schon so lange Jahre mehr Annehmlichkeit und Ruhe genossen, als in den vergoldeten Pallästen Kreta's. Die Menschen können mich nicht mehr hintergehen, denn ich habe keinen Umgang mehr mit ihnen, ich höre nicht mehr ihre glatten, vergifteten Worte. Auch bedarf ich ihrer nicht mehr. Meine Hände, zur Arbeit abgehärtet, verschaffen mir leicht die einfache Nahrung, die ich brauche. Ich habe, wie du siehest, nur ein leichtes Stück Zeug zu meiner Bedeckung vonnöthen. Ohne Bedürfnisse, einer tiefen Ruhe, einer süßen Freyheit genießend, wovon meine Bücher mich einen guten Gebrauch machen lehren, was sollte ich sonst noch unter den mißgünstigen, heuchlerischen und wankelmüthigen Menschen suchen? Nein trauter Hegesippus; beneide mir mein Glück nicht. Protesilaus ist an sich selbst zum Verräther geworden, indem er den König verrieth, und mich ins Verderben stürzen wollte; aber er hat mir kein Uebel zugefügt; im Gegentheil, er hat mir die größte aller Wohlthaten erwiesen. Er hat mich aus dem Gewirr und der

quae procella in hoc littus? Cretam eccur deseris? Exemplo meo tene offensa principis eripuit patriae?

At Hegesippus: superum me huc favor, non offensa principis duxit. Plurima deinde ab eo nunciata: ut diuturna Protesilai crudelitas, clandestina cum Timocrate pestiferaque commercia; Idomeneo importata eo auctore mala; casus et fuga principis in oras Italiae: Salenti origo. His de Mentore et Telemacho quaedam adjecta: adventus eorum, praeceptaque, quibus Mentor persanasset regis animum. Nec de regis ira siluit, quam uterque proditor subiisset. Subjunxit, a se perductos in Samon, ut ipsi, quod Philocli per nefas peperissent, tolerarent exilium. Ad ultimum, regem ait velle, Salentum una secum rediret. Scire regem, eum vacasse culpa; summis aulae negotiis praefectum iri, et cumulandum beneficiis.

Ad haec: videsne hoc antrum, Philocles inquit, feris quam hominibus aptius receptaculum? At in eo Philocles per tot annorum spatia jucundius quam in Cretae palatiis acquievit. Multum abest, ab hominibus ut iterum decipiar. Pridem hominibus hos oculos, pridem has aures pesiferis eorum blanditiis clausi. Scio carere utrisque. Occalluere ad laborem hae manus: facile, quibus indigeo, simplicibus alimentis sufficient. Lautis nil opus. Praeter tenuem vestitum, quo tegor, nihil, ut vides, requiro. Egenus omnium omnibus abundo: turbarum vacuus, liber et beatus sum; quibus bonis recte uti me hi magistri, libri, docent. Quid superest igitur, ab invida, fraudulenta, mutabili mortalitate quod exigam? Hanc mihi sortem, Hegesippe, cave invidias. Protesilaus dum regem fallere, me in exitium dare constituit, ipse fraudi sibi fuit. Neque enim ab eo volente mihi noxa illata, sed

Dienstbarkeit des geschäftigen Lebens befreyt. Ich habe ihm meine liebe Einsamkeit und die schuldlosen Vergnügungen zu danken, die ich genieße. Kehre zum König zurück, mein Hegesippus, kehre zu ihm zurück. Hilf ihm die Lasten tragen, die seine Größe ihm auflegt; sey du ihm, was du wünschtest, daß ich ihm seyn möchte. Da ihm dieser Weise, den du Mentor nennest, endlich die Augen geöffnet hat, die der Wahrheit so lange verschlossen waren, so behalte er diesen Mann bey sich. Wie sollte ich mich entschließen können, den Hafen wieder zu verlassen, in welchen mich der Sturm nach erlittenem Schiffbruch so glücklich geführt hat, und mich aufs neue wieder den Winden anzuvertrauen? Wie sehr sind die Fürsten zu bedauren, und wie sehr verdienen diejenigen, welche in ihrem Dienste sind, unser Mitleiden! Wenn sie böse sind, wie unglücklich machen sie die Menschen, und welche Strafen warten ihrer in dem schwarzen Tartarus! Wenn sie gut sind, mit welchen Schwierigkeiten haben sie zu kämpfen, welche Fallstricke zu vermeiden, welche Mühseligkeiten zu erdulden! Noch einmahl, Hegesippus, mißgönne mir meine glückliche Armuth nicht.

Indeß Philokles diese Worte mit lebhafter Bewegung sprach, betrachtete ihn Hegesippus mit Verwunderung. Er hatte ihn einst in Kreta gesehen, wo ihm die wichtigsten Geschäfte anvertraut waren. Damahls war er abgezehrt, entkräftet, erschöpft. Sein feuriger, unbiegsamer Geist, seine Anstrengungen nützten seinen Körper ab. Es war ihm unerträglich, das Laster ungestraft zu sehen. Er forderte eine Pünktlichkeit in den Geschäften, die man vergebens sucht. So wurde seine schwache Gesundheit durch seine Arbeiten zerstört. Aber in Samos sah ihn Hegesippus stark, kraftvoll. Trotz seiner Jahre blühte die Jugend wieder auf seinem Gesichte. Seine Mäßigkeit, sein ruhiges und arbeitsames Leben hatte ihm gleichsam eine andere Natur gegeben.

Du wunderst dich, mich so verändert zu sehen, sagte Philokles lächelnd; meiner Einsamkeit habe ich diese frische Farbe, diese vollkommene Gesundheit zu danken. Was das höchste Glück mir nicht hatte geben können, ist mir durch meine Feinde zu Theil ge-

a nolente ingens datum beneficium. Exemit me turbis: negotiis servilibus liberavit: in hanc solitudinem, in has oblectationes innoxias misit. Revertere, Hegesippe, ad regem, revertere! sustenta cum eo una majestatis miseriam, et quod a me praestari petis, tute ipsi praesta. Sapientem virum, Mentorem nominasti, qui caligantes oculos regis emendavit, hunc jubeat secum esse. Me vero haud decet relinquere portum meo tam opportunum naufragio, et novis procellis exponi. Infelices sunt reges; miseri sunt, qui serviunt regibus! Qui si mali sint, quanta tormenta civibus, quanta in inferis parant sibi! Si boni, in quantas incurrunt molestias? Quis enumeret laqueos, quibus possunt indui, mala, quibus opprimi? Repeto: hanc mihi sortem, Hegesippe, cave invideas!

Haec tanta contentione dicente Philocle, Hegesippus vehementer obstupuit. Animadvertebat etiam, Philoclem, cum olim vacaret gràvissimis negotiis, macilento corpore tenuissimaeque valetudinis fuisse. Ardor quippe numquam remissi animi exedebat ejus vires: urebat eum scelerum impunitas: quae rarissima est, accuratam exquisitamque operam agendis postulabat impendi. Atque ex hac rerum suarum industria vitium patiebatur alias non firma valetudinis ejus affectio. Contra habitiorem in Sàmo, et valentem viribus Hegesippus offendit. Tam gravi aetate vultus receperat, quidquid amamus in florente adolescentia. Sobria et tranquilla vita, alienaque ab otio, aliam naturam expulsa deteriore videbatur substituisse.

Ad haec Philocles subridens: Miraris, amice, alium me tibi reddi. Et formae et valetudinis meae damna solitudo reparavit. Per inimicos possideo, quantum a fortuna etiam nimium indulgente numquam licebat exspectare. Omisso igitur auro, sequar scoriam miseriamque, quam

worden. Wolltest du wohl, daß ich den waren Gütern des Lebens entsagte, um nach falschen zu laufen? daß ich mich wieder in meine vorigen Mühseligkeiten stürzte? Sey nicht grausamer gegen mich, als Protesilaus, wenigstens beneide mir das Glück nicht, das er mir verschaffte.

Vergebens stellte ihm Hegesippus alles vor, was er glaubte, daß ihn rühren könnte. Hat denn das Vergnügen, sagte er zu ihm, deine Verwandten und Freunde wieder zu sehen, die deiner Zurückkunft so sehnlich harren, und die schon die Hoffnung, dich wieder zu umarmen, in Entzücken setzt, keinen Reitz für dich? Du fürchtest die Götter, du ehrest deine Pflicht; rührt der Gedanke dein Herz nicht, deinem Könige zu dienen, sein Gehülfe bey Ausführung seiner edeln Zwecke zu seyn, und so viele Menschen glücklich zu machen? Ist es erlaubt, sich einer einsiedlerischen Weisheit zu überlassen, sich selbst dem ganzen menschlichen Geschlechte vorzuziehen, und seine Gemächlichkeit mehr zu lieben, als das Glück seiner Mitbürger? Wird man nicht glauben, daß du aus Groll dich weigerst, zu Idomeneus zurück zu kehren? Wenn er dir Unrecht gethan hat, so geschah es, weil er dich nicht kannte. Nicht den wahrheitliebenden, den biedern, den gerechten Philokles wollte er unglücklich machen; seine Strafe sollte einen ganz andern treffen. Aber jetzt, da er dich kennt, da du ihm in deiner wahren Gestalt erscheinst, jetzt fühlt sein Herz ganz wieder die alte Freundschaft für dich. Er harrt deiner. Schon streckt er seine Arme nach dir aus, um dich an seine Brust zu drücken. Ungeduldig, dich zu erblicken, zählt er Tage und Stunden. Sollte dein Herz verhärtet genug seyn, den Bitten deines Königs, den Wünschen deiner zärtlichsten Freunde zu widerstehen?

Philokles, dessen Herz anfangs sanfte Bewegungen gefühlt hatte, als er den Hegesippus erkannte, nahm bey Anhörung dieser Worte wieder seine ernste Miene an. Einem Felsen ähnlich, gegen den die Winde vergeblich anstürmen, und an dem die Wogen sich mit ächzenden Getöse brechen, stand er unbeweglich, und weder Bitten noch Gründe fanden einen Eingang in sein Herz. Schon begann Hegesippus die Hoff-

damnavi pridem? Esto, Hegesippe, aut Protesilao non immitior, aut certe non infestus, quod per Protesilaum sum adeptus, bono.

Neque Hegesippus segniter, etsi frustra, protulit, quae ad mutandum Philoclis animum videbantur idonea. Inter alia: nihil ergo illud movebit te, quod affines possis, quod amicos dulcissimos intueri, qui discruciantur exspectatione reditus et amplexus tui? Deos times: officium amas. Et sine religione negligis servire regi; ministrare facturo, quod optimum; beare tot populos? Placetne diis inhumana sapientia, quae docet se unum praeferre universo mortalium generi, et suae unius tranquillitati consulere posthabita salute civium? Videberis insuper te ulcisci velle, si regem nolis aspicere, qui, si eo umquam fuit animo, ut tibi malefaceret, ideo fuit, quia minus recte te noverat. Philoclem si quem destinavit supplicio, non is verus erat et bonus et justus Philocles; sed alius ab illo planeque diversus. Nunc certe, ex quo nosse te didicit, et talem te habere qualis omnino es, sentit pristinum Philoclis amorem in animo suo renasci. Exspectat te. Parat venturo amplexus: cum molestia et tui ingenti desiderio dies dierumque momenta numerat. Scilicet et precibus regis tui, et obtestationibus omnium carorum reluctabere?

Philocles ut primum Hegesippum agnoverat, ad teneritudinem demiserat animum. Tunc autem referebat se ad pristinam austeritatem agendique perseverantiam. Nec gratia nec precibus amici movendus, gravissimaque argumenta rationum facile tolerans, nec impar scopulo, cujus constantiam inutiliter procellae tentant, fractoque inter atroces sonitus impetu relinquunt quasi obstrepentes victoriae. At dum boni desperatione eventus Hegesippus torpet, dum futurum sine amico reditum prosequitur ge-

nung aufzugeben, ihn zu bewegen, als Philokles die Götter befragte. Er ersah aus dem Fluge der Vögel, den Eingeweiden der Opferthiere und vielen andern Zeichen daß es ihr Wille sey, daß er dem Hegesippus folge.

Jetzt widerstand er nicht länger. Er rüstete sich zur Abreise. Aber nicht ohne die traurigsten Empfindungen verließ er die Einöde, in der er so lange Jahre gelebt hatte. Ach! seufzte er, muß ich dich verlassen, liebliche Grotte, wo der friedliche Schlummer mich jede Nacht besuchte, wo ich von der Arbeit des Tages so sanft ausruhte! Hier mitten in meiner Armuth, spannen die Parzen meinem Leben goldene und seidene Fäden. Weinend warf er sich zur Erde, um die Najade anzubethen, die ihn so lange aus ihrer klaren Quelle getränkt hatte, und die Nymphen, die die nahen Berge bewohnten. Echo hörte seine Klagen, und wiederholte sie in traurigen Tönen den Göttern des Feldes.

Philokles folgte dem Hegesippus in die Stadt, um sich mit ihm einzuschiffen. Er glaubte daß Scham und Unwille den unglücklichen Protesilaus bewegen würden, seinen Anblick zu vermeiden; aber er täuschte sich; denn verworfene Menschen sind ohne Ehrgefühl, und immer zu jeder Niederträchtigkeit bereit. Philokles entzog sich bescheiden den Augen dieses Unglücklichen. Er fürchtete seine Leiden zu vermehren, wenn jener die Glückseligkeit eines Feindes erblickte, der auf den Trümmern seines Glücks erhoben werden sollte. Aber Protesilaus drängte sich zu Philokles. Er hoffte, sein Mitleid zu erregen, und ihn zu bewegen, bey dem Könige seine Rückkehr nach Salent zu vermitteln. Philokles war allzu aufrichtig, um ihm zu versprechen, an seiner Zurückberufung zu arbeiten, denn niemand wußte besser, als er, wie verderblich seine Zurückkunft gewesen wäre. Aber er sprach sehr freundlich mit ihm, bezeigte ihm sein Mitleid, bemühte sich, ihn zu trösten, und ermahnte ihn, die Götter durch ein tugendhaftes Leben und durch Geduld in seinen

mitu: ecce Philocles deos consulit. Ex volatu avium, extisque et ominum frequentia intelligit, deos velle, ut Hegesippo acquiesceret.

Praetermissis igitur recusationibus se accingit itineri, etsi parum laetus, quod deserenda solitudo erat, tam diuturnum habitanti solatium. Patiarne eripi me tibi, amica sedes, (antrum alloquebatur) quae tam dulces noctes mihi, tam bona diurnos post labores otia? tam aureas meae horas inopiae? Manantibus deinde lacrimis procumbens Naiadem adorabat, quae perennes fontes sitienti tanto tempore ministraverat, ceteraque numina vicinos montes incolentium Nympharum. Excepit Echo supremos luctus, eosque ad omnes Dryades non crebrius quam tristius pertulit.

Inde Philocles cum Hegesippo in urbem pervenit, profecturus navi. Haud aliud sibi magis persuaserat, quam numquam fore, ut Protesilaus a pudore, ab indignatione plane occupatus velit aspectum ejus intueri. Fefellit eum tamen ea opinio. Nihil enim tam vile, ad quod profanato semel pudore depravati fraudulentique homines non descendant. Philocles quidem, quae erat ejus modestia, latere volebat, ne conspiceretur ab infelici hoc exule, veritus, ne viso inimico, qui ex casu ipsius erat sublimior futurus, se magis reputaret calamitosum. At Protesilaus, quantum licuit, videndi Philoclis captabat copiam; miserabiliorem ipsi futurum se credens per praesentiam, idque assecuturum ab eo, ut Salentum redeundi veniam sibi deprecaretur a rege. Id vero ut Philocles se pollicere-tur facturum, aperti animi, quo erat, integritas non sivit; abunde videlicet gnarum, quae mutato Protesilai exilio essent mala exstitura. Contra moderatissime compellato, quam doleret vicem ejus significavit, adhibitoque magnopere solatio, monuit, uti deos integritate morum

Leiden zu versöhnen. Da er erfuhr, daß der König dem Protesilaus alle seine mit Unrecht erworbene Güter genommen habe, versprach er ihm zweyerley, was er in der Folge treulich hielt: für sein Weib und seine Kinder zu sorgen, die in Salent in der bittersten Armuth lebten, und dem allgemeinen Unwillen Preis gegeben waren, und dem Protesilaus in diese entlegene Insel einiges Geld zu senden, um ihm seinen unglücklichen Zustand erträglicher zu machen.

Ein günstiger Wind füllte die Segel. Hegesippus, voll Ungeduld, beschleunigte die Abreise des Philokles. Protesilaus sah ihn zu Schiffe gehen. Seine Augen waren unbeweglich auf das Ufer geheftet; sie folgten dem Schiff, das die Wogen theilte, und das der Wind immer weiter entfernte. Jetzt sah er den Hegesippus nicht mehr, aber noch stand sein Bild vor ihm. Betäubt, von Wuth und Verzweiflung ergriffen, rauft er sich die Haare aus, wälzt sich auf der Erde, klagt die Strenge der Götter an, ruft dem Tod, der unerbittlich und taub gegen sein Flehen ist. Er kommt nicht, ihn von seinem Elend zu befreyen, und er selbst hat nicht den Muth seinem unglücklichen Leben selbst ein Ende zu machen.

Das Schiff, von Wind und Wellen begünstigt, langte bald in Salent an. Man meldete dem König, das es in den Hafen einlaufe. Sogleich erhob er sich, dem Philokles mit Mentorn entgegen zu gehen. Liebreich schloß er ihn in seine Arme, und bezeigte eine lebhafte Reue über seine ungerechte Verfolgung. Dieses Geständniß, weit entfernt bey dem König als eine Schwachheit zu erscheinen, wurde von allen Salentinern als die Wirkung einer grossen Seele angesehen, die sich über sich selbst erhebt, den Muth hat, ihre begangenen Fehler zu bekennen, und sie wieder gut zu machen. Allen Augen entquollen Thränen der Freude, als sie den rechtschaffenen Mann, den Menschenfreund wieder erblickten, und ihren König mit so viel Weisheit und Güte sprechen hörten.

placaret modestiaque patiendi in difficillimis rebus. Cumque intellexisset, bonis omnibus per nefas corrasis multatum eum a rege, duo se facturum eidem recepit, fide postea integerrime servata: primo curaturum se de uxore ejus, liberisque Salenti in extrema egestate odioque publico relictis; deinde re pecuniaria miserias sublevaturum se longinqui exilii.

Inter haec serenum caelum velis secundas auras immiserat. Quas Hegesippus impatiens morae, ut maturaret abitum Philoclis, avide sequebatur. Conscenditur navigium, spectante Protesilao. Videbatur is littori immobiles oculos affixisse: adeo numquam removit eos a navigantibus, quos per opportunos fluctus meliores venti strenue longiusque auferebant a portu. Provecta navi, ut ad eam visu haud amplius valeret pertingere, adhuc tamen inanes navigantium formas sibi repraesentabat. Ad ultimum turbari, furere, crines vellicare desperantium more, volutare abjectum corpus sterili solo, reprehendere inclementes deos, mortis ferociter, sed nequicquam deposcere auxilium; utpote quam tantorum finem malorum nec merebatur habere, nec manu sua audebat sibi ipsi consciscere.

Neptuni aerisque favor navem brevissimo cursu Salentum devexerat. Nunciatur regi intrare portum. Ergo cum Mentore properat in Philoclis occursum. Amplectitur. Dolet palam et vehementer illatam ipsi injuriam. Quae quidem doloris professio regi a Salentinis non dabatur culpae, sed inter magni excelsique argumenta referebatur animi, vitia sua strenue perdomantis, eoque confitentis consilio, ut ab iis resipiscat facilius. Manabant omnium prae gaudio lacrimae, quod revisebant virum re plane vera honestum, qui amasset cives, quodque regem audiebant tam sapienter, tam benigne loqui.

Ehrfurchtsvoll und bescheiden empfing Philokles diese Liebesbeweise des Königs. Er eilte, sich dem Zujauchzen des Volks zu entziehen. Er folgte dem König in seinem Pallast. Bald faßten Mentor und er ein solches Zutrauen zu einander, als ob sie ihr ganzes Leben mit einander zugebracht hätten, wiewohl sie sich vorher nie gesehen hatten, denn die Götter, die den Lasterhaften die Gaben versagt haben, die Guten zu unterscheiden, haben den Tugendhaften die Einsicht verliehen, sich gegenseitig zu erkennen. Die Tugend schlingt um alle diejenigen, die Geschmack an ihr finden, das Band der Eintracht. Bald nach seiner Ankunft bath Philokles den König um die Erlaubniß, sich an einen einsamen Ort nahe bey Salent zurück ziehen zu dürfen, wo er das einfache Leben fortsetzte, das er in Samos geführt hatte. Der König und Mentor besuchten ihn fast alle Tage in seiner Einsamkeit. Hier besprachen sie sich über die Mittel, den Gesetzen Kraft und dem Staate eine solche Einrichtung zu geben, wodurch das allgemeine Glück gesichert würde.

Die zwey hauptsächlichsten Gegenstände, über die man zu Rathe ging, betrafen die Erziehung der Kinder und die Art und Weise, wie ein Staat im Frieden regiert werden müßte. Die Kinder, sagte Mentor, sind weniger das Eigenthum ihrer Aeltern als des Staats. Sie sind die Kinder des Volks, seine Hoffnung, seine Stärke. Es ist zu spät, sie bessern zu wollen, wenn sie einmahl verdorben sind. Was nützt es, sie von den Aemtern zu entfernen, wenn man sieht, daß sie sich derselben unwürdig gemacht haben? Besser ist es, dem Uebel zuvor zu kommen, als in die Nothwendigkeit gesetzt zu seyn, es strafen zu müssen. Der König, fuhr er fort, der der Vater seines ganzen Volks ist, ist noch auf eine nähere Weise der Vater der Jugend seines Staats. Sie ist die Blüthe der Nazion. Man muß für die Blüthe sorgen, wenn die Frucht reifen soll. Der König hielt es also nicht unter seiner Würde, für die Erziehung der Kinder zu wachen, und auch andere dafür wachen zu lassen. Er hielt fest darüber, daß die Gesetze des Minos beobachtet würden, welche verordnen, daß man die Kin-

Philocles testimonia regiae caritatis non reverenter minus, quam modeste accipiebat, magnopere desiderans, ut fas esset, se civium, iterum iterumque acclamantium, vocibus eripere. Perductus a rege in arcem est; eaque inter ipsum Mentoremque illico nata amicitia, ut quamquam tunc primum loco juncti, viderentur primis ab annis fuisse una. Dii nimirum improborum hominum mentes, ne norint bonos, obtundunt; bonorum, ut mutuo se noscant, acuunt. Qui enim, quod virtutis est, sapiunt, ubi primum convenere, virtutis, quam amant, necessitudine conjunguntur. Ceterum Philocles facultatem petebat a rege, separandi se a consuetudine hominum, et concedendi in locum Salento vicinum, ab humano cultu, turbisque vacuum; ubi inopem vitae rationem, quam in Samo tenuerat, prosequebatur. Rex ergo cum Mentore ventitabat eo ferme in dies: ibi consultabatur de modo, quo leges possint stabiliri, et civilis disciplina salutari ordine roborari.

Consultationum duo capita erant, quae inprimis examinabantur, educatio scilicet prolium, et quae ratio vitae tenenda vacuis a bello temporibus? Et proles quidem, Mentor inquiebat, ad rempublicam videntur magis quam parentes pertinere; pignora quippe sunt gentis suae, spes, robur; quae corrupta semel nullo pacto valent emendari. Neque idoneum, sed nimis profecto infirmum est malae educationis antidotum, arcere illas a dignitatibus et muneribus, postquam meruerunt arceri. Satius est praevenire malum, quam cogi ad puniendum malum. Deinde rex pater est populi, magis ergo, quae flos est populi, juventutis. In flore curandum de fructu. Itaque numquam infra se rex ducet, operam educandae proli tum dare, tum ab aliis exigere. Numquam patietur negligi Minois leges, quibus sancitum, ut liberi ab ineunte aetate doceantur do-

der gewöhne, den Schmerz und den Tod für kein Uebel zu halten, daß sie eine Ehre darein setzen, die Wollüste und die Reichthümer zu fliehen, Ungerechtigkeit, Lüge, Undank und Ueppigkeit für entehrende Laster zu halten, daß man sie von zarter Kindheit an lehre, das Lob jener von den Göttern geliebten Helden zu singen, welche im Dienste des Vaterlandes edle Thaten verrichtet, und ihren Muth in den Schlachten gezeigt haben, daß man durch den Zauber der Musik auf ihre Seelen wirke, um ihre Sitten zu verfeinern, und zu veredeln, daß man ihnen Zärtlichkeit gegen ihre Freunde, Treue gegen ihre Bundesgenossen, Billigkeit gegen alle Menschen und selbst gegen ihre grausamsten Feinde einflöße, und sie gewöhne, die leisesten Vorwürfe ihres Gewissens mehr zu fürchten, als Marter und Tod. Wenn man durch die Anmuth des Gesangs diesen Gesinnungen frühzeitig Eingang in die Herzen der Kinder verschafft, und sie damit erfüllt, so werden nur wenige seyn, welche nicht von Ruhmbegierde und Tugendliebe entflammt werden sollten.

Mentor bemerkte, daß es von äußerster Wichtigkeit sey, öffentliche Anstalten zu haben, wo die Jugend zu den beschwerlichsten Leibesübungen gewöhnt würde, um sie der Weichlichkeit und dem Müßiggang zu entreißen, welche die schönsten Anlagen zerstörten. Er glaubte, daß man eine große Mannigfaltigkeit von Spielen aller Art haben müsse, um das Volk aufzumuntern, vor allem aber, um die Körper gewandt, biegsam und stark zu machen. Preise wurden ausgesetzt, um einen edlen Wetteifer zu erregen. Aber nichts schien ihm zuträglicher zu Beförderung guter Sitten, als wenn sich die Jünglinge frühzeitig vermählten, und ihre Aeltern mit Unterdrückung aller eigennützigen Absichten ihnen gestatteten, solche Gattinnen zu wählen, die an Körper und Geist liebenswürdig wären, und zu denen sie eine wahre Zuneigung fassen könnten.

Aber während man sich so mit den Mitteln beschäftigte, bey der Jugend Reinheit der Sitten, Unschuld, Arbeitsamkeit, Gehorsam und Ehrliebe zu erhalten, sagte Philokles, der den Krieg liebte, zu Mentorn: umsonst wirst du die Jugend zu allen die-

lores et mortem contemnere: gloriam in fuga voluptatis et divitiarum ponere: mendacia, et ingratum mollemque animum collocare in nefandis criminibus: laudes item concinere heroum, qui diis accepti, insigniumque pro patria factorum exstitere auctores, quique specimina fortitudinis ediderunt in acie: deinde non aspernari dulces concentionum modulos, ut cruditas abstergatur novellis moribus: faciles se praestare amicis, fideles sociis, aequos omnibus et ipsis adeo, qui acerbissime oderunt: mortem denique tormentaque minus curare, quam vel levissime pungentem conscientiam! Quodsi tam praeclaris morum institutis mature admodum impleantur pueriles animi, eaque fideliter insideant suavitate concentus admota; pauci me hercle erunt, qui ad virtutis gloriaeque desiderium non assurgant.

Addebat his Mentor, praecipuum esse, ut scholae aperiantur, tum ut difficillimis exercitationibus corporis assuefiat adolescentia, tum ne mollitie otioque, peste scilicet optimarum mentium, debilitetur. Requirebat insuper acriori totius populi incitamento maximam varietatem in spectaculis; in illis utique, quibus corporibus habilitas, agilitasque et robur paratur. Statuta propterea praemia movendae aemulationi ingenuis animis. Bonorum morum emolumento desiderabat inprimis maturari juniorum matrimonia, permittique a parentibus et cognatis posthabito rerum studio, ut in tori societatem legant ob corporis animique dotes placituras.

Dum autem de adjumentis agitur ad puritatem innocentiae, industriamque una cum discendi dexteritate ac desiderio gloriae conservandam in juventute, armorum studiosior Philocles Mentori objicit: Frustra sumus in inveniendis imperandisque exercitiis adolescentiae, si eam

sen Uebungen anhalten, wenn du ihre Kräfte in einem fortdauernden Frieden erschlaffen lässest, wo sie keine Gelegenheit, sich kriegerische Kenntnisse zu erwerben und keine Antriebe haben, ihre Tapferkeit zu versuchen. Dadurch wird das Volk unvermerkt in einen Zustand der Entkräftung fallen, der Muth wird sich abstumpfen, die Vergnügungen werden die Sitten zu Grunde richten. Andere kriegerische Völker werden uns ohne Mühe unterjochen, und, indem wir den Uebeln entgehen wollen, welche der Krieg mit sich führt, werden wir in die schrecklichste Knechtschaft gerathen.

Die Uebel des Kriegs, erwiederte Mentor, sind noch weit schauderhafter, als du dir vorstellst. Der Krieg erschöpft einen Staat, und setzt ihn auch dann der Gefahr aus, zu Grunde zu gehen; wenn er auch noch so siegreich geführt wird. So glücklich er auch beginnen mag, nie ist man gewiß, ihn zu endigen, ohne den traurigen Wechsel des Glückes zu erfahren. Mit welcher Ueberlegenheit von Kräften man sich auch in eine Schlacht einläßt, das geringste Versehen, ein leerer Schrecken kann uns den Sieg entreißen, der schon in unsern Händen war, und ihn dem Feinde zuführen. Und wüßten wir ihn auch mit Ketten an unser Heer zu fesseln, so würden wir uns doch selbst zerstören, indem wir unsere Feinde zerstörten. Das Land wird entvölkert, der Anbau des Bodens vernachläßigt, der Handel gestört. Aber was noch weit schlimmer ist, die besten Gesetze verlieren ihre Kraft, und die Sitten gehen zu Grunde. Die Jugend verliert den Geschmack an den Wissenschaften. Die dringende Noth zwingt uns, eine verderbliche Zügellosigkeit in dem Heere zu dulden. Gerechtigkeit, Ordnung, alles leidet in dieser Verwirrung. Ein Fürst, der das Blut so vieler Menschen verspritzt, und so vieles Elend verursacht, damit er ein wenig Ruhm erwerbe, oder die Grenzen seines Reichs erweitere, ist des Ruhmes unwürdig, nach dem er strebt, und verdient, auch das zu verlieren, was er besitzt, weil er an sich zu reißen suchte, worauf er keine Ansprüche hat.

Das Mittel, den Muth eines Volks auch im Frieden zu üben, besteht in folgendem. Wir haben

permiseris perpetuo ab armis otio fatigari, ita videlicet, ut nec instituatur bellandi peritia, nec jubeatur virtutem suam mutua periclitatione experiri. Infirmabitur paullatim tota natio: emollientur acriores animi: serpet in mores voluptatis contagium: nec difficulter aut aegre fiet, ut vincatur ab aliis populis, qui armis assuevere. Atque ita vitando belli mala, malorum pessimum, servitutem in caput gentis nostrae advocabis.

Imo belli mala, Mentor inquit, longe sunt, atque tu existimas, horridiora. Exhaurit bellum imperia: nec tum patitur umquam periculum abesse extremarum populationum, cum nobilissimis victoriis geritur. Fac, praeclara esse belli initia: an ideo vereri non debes, ne, quae sortis est varietas, ab illis perniciosissime abludat finis? Praestiteris numero longe multumque adversarios, cum quibus res tibi: at levissimo errore, temerario inanique et de umbra metu extorqueri potest manibus tuis jam inserta palma hostique tradi. Quin sit in castris tuis potestati tuae obnoxia victoria: perde hostes; et te ipsum pessum ibis. Nudatur incolis regio: sine cultu fere obsolescit ager: turbantur commercia: silent optimae, id quod longe pejus, leges: aliae ex aliis clades afferuntur moribus. Languescunt in juvenibus litterarum studia: patrocinatur necessitas militari licentiae: affligitur justitia, civilis institutio, et quid non? Qui vero tantum sanguinis effundit rex, tantumque apportat miseriarum, ut valeat aut pauxillum adiicere gloriae, aut limitibus imperii: is meretur non tantum prohiberi quaesita gloria, sed et ut ambitiosus raptor alieni amittere sua.

Vacantibus autem armis, qua exerceri ratione ingenita animis virtus queat, nunc habe. Vidisti, quae in-

schon von den Leibesübungen gesprochen, welche eingeführt werden sollen, von den Preisen zu Erweckung der Nacheiferung, von den Grundsätzen der Ehre und der Tugend, die wir unsern Kindern fast von der Wiege an einflößen, indem wir sie die rühmlichen Thaten der Helden singen lassen. Füge zu diesen Anstalten noch ein nüchternes und arbeitsames Leben. Aber dieß ist noch nicht alles. Wenn ein mit dir verbündetes Volk einen Krieg zu führen hat, mußt du die Blüthe deiner jungen Mannschaft an diesem Kriege Theil nehmen lassen, vor allem diejenigen, bey welchen man Anlagen zur Kriegskunst entdecken wird, und von welchen zu vermuthen ist, daß sie Nutzen aus ihren Erfahrungen ziehen werden. Hierdurch wirst du dich immer in einem hohen Ansehen bey deinen Bundesgenossen erhalten; man wird sich um deine Freundschaft bemühen, man wird sich fürchten, sie zu verlieren. Ohne selbst Krieg zu haben, und ihn auf deine Kosten führen zu müssen, wird es dir nie an kriegerischen und unerschrockenen Jünglingen fehlen. Aber wenn du auch gleich selbst keinen Krieg zu führen hast, mußt du doch nicht unterlassen, diejenigen auf eine ehrenvolle Art zu behandeln, welche die dazu erforderliche Geschicklichkeit besitzen. Denn, das wahre Mittel, den Krieg von sich zu entfernen, und einen dauerhaften Frieden zu erhalten, ist, die Uebung in den Waffen nicht zu vernachläßigen, diejenigen zu ehren; die sie zu führen verstehen, immer Männer zu besitzen, die sich in fremden Ländern in der Kriegskunst geübt haben, und die Macht, die Kriegszucht, und die ganze Art den Krieg zu führen der benachbarten Völker kennen, endlich andern zu zeigen, daß man gleich unfähig sey, einen Krieg aus Ehrgeitz anzufangen; als ihn aus Feigheit zu fürchten. Auf diese Weise, indem man immer in der Verfassung ist, den Krieg führen zu können, wenn es die Noth erfodert, gelangt man dahin, desselben fast immer überhoben zu seyn.

Wenn deine Bundesgenossen im Begriffe sind, einander zu bekriegen, so mußt du der Mittler zwischen ihnen werden. Dieß wird dir einen dauerhaftern Ruhm verschaffen, als ein Eroberer je erlangen

stituimus exercendo corpori; regulas item accepisti ex me virtutis et gloriae, quibus curabimus pueriles animos ab ipsis fere incunabulis imbui per concentum memoratis frequentatisque heroum laudibus. His adde, quae de sobria industriaque vita decrevimus. Sed nondum haec omnia. Simul atque bellum cuidam ex sociis inciderit, eo florem mittes juventutis, habito delectu eorum, quos deprehenderis armis delectari, idoneosque prae ceteris, ut e rerum, quas experientur, usu proficiant. Inde non mediocriter suspicieris a sociis. Captabitur tua amicitia, ab eaque inita haud facile quis audebit desciscere. Ita non bellabitur quidem aut in terris, aut sumtibus tuis; neque tamen umquam carebis perita juventute, audaceque belli. Quamquam autem utaris pacato imperio, non omittes tamen capaces militaris gloriae praeferre multitudini. Etenim tunc arcebis bella, et diuturnum tueberis otium, si cessari non sinas ab armorum exercitio: si honos habeatur id genus vitae cum laude profitentibus; si semper praesto sint, qui militantes extra patriam, et robur et disciplinam didicere, artesque, quarum in bello usus finitimis: si bella nec impetu velis gerere ambitionis, nec delicato pavore incommodorum refugere. Tum demum, si numquam recuses bellum aperta caussa vel inferre vel propulsare, efficies, ut plerumque vacare ab armis possis.

Quod ad foederatos, rebus ad arma pronis, sequestrum te dabis. Atque ita verior erit tua certiorque gloria, quam qua regnorum expugnatores adaugentur. Comparabis tibi amorem et admirationem exterorum,

kann. Fremde Völker werden dich lieben und schätzen; du wirst ihnen allen unentbehrlich seyn. Durch Zutrauen wirst du über ihre Gemüther herrschen, wie du durch dein königliches Ansehen über deine Unterthanen herrschest. Du wirst immer der Vertraute ihrer Geheimnisse, der Gewährsmann ihrer Verträge und der Gebiether über ihre Herzen seyn. Dein Ruhm wird die entferntesten Länder erreichen, gleich einem süßen Geruch wird er sich über alle Völker verbreiten. Solltest du unter diesen Umständen von einem ungerechten Nachbarn angefallen werden, so wird er dich gerüstet und geübt finden. Aber deine wahre Stärke wird darin bestehen, daß du geliebt bist, und daß du des Beystandes der andern versichert seyn kannst. Für dich besorgt, werden sich alle deine Nachbarn erheben, überzeugt, daß die allgemeine Sicherheit von deiner Erhaltung abhange. Dieß ist eine weit zuverlässigere Schutzwehr, als alle Mauern deiner Stadt, als die festesten Plätze. Dieß ist wahrer Ruhm. Aber wenige Fürsten gibt es, die diesen Ruhm suchen, und die nicht einem ganz andern nachjagen! Sie verfolgen einen trieglichen Schatten, und entfernen sich von der wahren Ehre, die sie nicht kennen.

Als Mentor geendigt hatte, blickte Philokles mit Erstaunen auf ihn. Er sah den König an, und wurde mit Entzücken gewahr, daß Idomeneus begierig alle Worte in seinem Herzen verschloß, die wie ein Strom der Weisheit dem Munde dieses Fremdlings entfloßen.

So führte Minerva, Mentors Gestalt nachahmend, weise Gesetze und nützliche Regierungsgrundsätze in Salent ein, nicht so wohl, dem Reiche des Idomeneus blühenden Wohlstand zu verschaffen, als dem Telemach, wenn er zurück käme, an einem auffallenden Beyspiele zu zeigen, was eine weise Regierung thun könnte, ein Volk glücklich zu machen, und einem guten Könige einen unvergänglichen Ruhm zu sichern.

quippe quibus necessaria est tua opera. Imperabis ipsis per fiduciam non secus, atque subditis tibi per auctoritatem regiam. Eris arcanorum omnium particeps, arbiter pactorum, magnesque animorum. Adorabunt famam tuam remotissimae gentes, non absimilem odoribus, qui per alias atque alias fusi terras extremis mundi partibus delicias suas partiuntur. Jam offerat tibi injustum bellum vicina natio: offendet te pugnare et doctum et paratum. Sed longe movebitur amplius, cum videbit, te amicitia et auxilio plurimarum gentium niti, quae tua caussa armabuntur, credentes, te minus salvo salutem omnium periclitari. Atque hoc est munimentum longe tutius, quam quod seu murorum definitur ambitu, seu alias humana industria excitatur: hoc fundamentum verae gloriae. At quotus regum quisque est, qui instrumenta obtinendae ejus norit; et si norit, amplectatur? Inanes umbras captant scilicet: verum decus, quoniam ignorant, praetereunt.

His dictis Philocles Mentorem intuetur vehementi admiratione affectus. In regem deinde converso vultu advertit, magna cum cura intimisque animi recessibus ab Idomeneo recondi, quae non copiosius, quam sapientius alienigena proferebat.

Itaque Minerva, usurpans Mentoris habitum, optimas leges saluberrimaque instituta tradebat, non tam ut effloresceret Idomenei imperium, quam maxime, ut luculentum exemplum objiceret redituro Telemacho, quantum et ad felicitatem populorum et ad boni principis laudem stabiliendam regnandi prudentia afferat.

XV. Buch.

Inzwischen hatte Telemach die gefahrvolle Laufbahn des Kriegs mit Muth betreten. Als er von Salent abreis'te, war seine vornehmste Sorge; die Liebe der alten Feldherrn zu gewinnen, deren Ruf und Erfahrenheit die höchste Stufe erreicht hatte. Nestor, der ihn schon zu Pylos gesehen hatte, der Freund seines Vaters, behandelte ihn, wie seinen eigenen Sohn. Er gab ihm Lehren, er begründete sie durch mehrere Beyspiele. Er erzählte ihm die Begebenheiten seiner frühern Jahre und die denkwürdigen Thaten der Helden der vergangenen Zeiten, von denen er Zeuge gewesen war. Das Gedächtniß dieses weisen Alten, der drey Menschenalter durchlebt hatte, glich einer Geschichte der alten Zeit, in Erz und Marmor gegraben.

Philoktet war erst dem Jüngling nicht so gewogen, wie Nestor. Der Haß, den er so lange in seinem Herzen gegen Ulysses genährt hatte, entfernte ihn von dem Sohn. Mit Verdruß sah er, daß die Götter diesem Jüngling einen Ruhm bereiteten, der ihn zum Range der Helden, die Troja gestürzt hatten, erheben sollte. Endlich besiegte Telemachs Bescheidenheit alle seine widrigen Empfindungen. Er konnte sich nicht erwehren, der sanften und bescheidenen Tugend Gerechtigkeit wiederfahren zu lassen. Oft zog er Telemach auf die Seite, und sagte zu ihm: mein Sohn, (denn ich trage kein Bedenken mehr, dich also zu nennen,) lan-

LIBER XV.

Interea Telemachi fortitudo in belli discriminibus eminuit. Salento profectus diligenter se dabat quaerendae eorum benevolentiae, qui sub galea canuerant, quosque perfecta scientia pugnarum ad apicem evexerat militaris gloriae. Nestor, qui eum Pyli receperat, quique perpetuam amicitiam cum Ulysse coluerat, non secus, atque ipse eum genuisset, Telemachum habuit. Tradebat ipsi praecepta, adjectisque exemplis ea roborabat. Nec qui in juventutem suam incidissent casus, omisit, ceteraque, quae ad posterorum memoriam vidit ab heroibus superiorum aetatum geri, quarum quidem omnino tres vixerat; adeo nihil inde ejus vitiata memoria, ut nec aera, nec marmora majorem fidem antiquorum monumentis praestiterint.

Philoctetes a Nestoris benevolentia in Ithacum initio longe abierat· Clam Ulyssem fuit diuque aversatus; igitur nihil amicior filio, permoleste tulit, quidquid videbantur dii propensius moliri, ut hunc juvenem in gradu virorum, quos decus vastatae Trojae jamiam immortalitati initiaverat, collocarent. At cessit tandem modestiae Telemachi Philoctetis invidia, non poterat non amare tam mansuetum, tam moderatum in juvene animum. Saepe illo seducto; fili, inquit, (id namque no-

ge, ich kann es nicht bergen, hegten dein Vater und ich feindselige Gesinnungen gegen einander. Schon hatten wir das stolze Troja gestürzt, und noch lebte der Groll in meinem Herzen. Ich sah dich, aber es kostete mir Mühe, die Tugend in dem Sohne meines Feindes zu lieben. Oft machte ich mir Vorwürfe darüber. Aber endlich besiegt die Tugend, wenn sie mit Sanftmuth, Einfalt, Unbefangenheit und Bescheidenheit gepaart ist, alle Schwierigkeiten. Unvermerkt sah sich Philoktet dahin gebracht, ihm zu offerbaren, was in seinem Herzen einen so großen Haß gegen Ulysses erzeugt habe.

Ich muß, sagte er, auf frühere Zeiten zurück gehen. Ich folgte dem großen Herkules auf allen seinen Zügen, er, der die Welt von so vielen Ungeheuern befreyte, und mit welchem verglichen, alle andere Helden nur schwache Gesträuche gegen die hochstämmige Eiche, oder kleine Vögel gegen den Adler sind. Die Liebe war die Quelle seiner Leiden und der meinigen, diese mit so schrecklichen Qualen begleitete Leidenschaft. Herkules, der den Kampf mit so vielen Ungeheuern bestanden, vermochte nicht, dieser schimpflichen Leidenschaft zu widerstehen. Der grausame Liebesgott spottete seiner Stärke. Nur mit Schamröthe dachte er jener Zeiten, wo er, seines Ruhmes uneingedenk, und zum feigesten Weichling herab gesunken, sich so weit erniedrigt hatte, bey Omphale, der Königinn von Lydien zu spinnen; so sehr riß ihn blinde Liebe dahin! Oft gestand er mir, daß dieser Umstand seines Lebens den Glanz seiner Heldentugend verdunkelt, und alle seine rühmlichen Thaten beynahe in Vergessenheit gebracht habe. Aber, o ihr Götter! schwach und wankelmüthig ist der Mensch; er trotzt auf seine Stärke, und wiedersteht nicht der geringsten Versuchung. Zum zweyten Mahle, ach! unterlag der Held den Nachstellungen der Liebe, die er so oft verwünscht hatte. Er liebte Dejaniren. Glücklich, wenn er diesem Weibe, seiner Gattinn, treu geblieben wäre! Aber die junge Jole, auf deren Wangen die Grazien blühten, bemächtigte sich seines Herzens. Eifersucht glühte in dem Busen Dejanirens. Sie erinnerte sich des unseligen Gewandes, das ihr der Centaur Nessus sterbend zurück gelassen hatte. Er hatte es ihr übergeben, als ein siche-

minis tibi haud tribuo invitus) diuturnum quidem mihi fuit cum genitore tuo dissidium. Gliscebant vel exstinctis jam Pergamis scintillae fatalis odii; cumque in conspectum meum veniebas, grave mihi erat virtutem amare in Ulyssis filio, neque semel castigabam meum hunc animum. At vincit tandem tranquilla, simplex, moderata virtus, quidquid ei adversatur. Solitarii subinde congressus Philoctetem ad funestae dissensionis cum parente caussam commemorandam paullatim deduxerunt.

A capite, inquit, exordienda sunt, quae mihi contigere. Adhaerebam ubique locorum comes magno Herculi, tot monstrorum domitori, cujus magnitudini non magis heroes comparantur universi, quam arundo quercui, aut trochilus aquilae. Ut omnium tragicorum casuum, ita et nostrorum origo amor fuit. Hercules, tot monstris superior, succubuit turpissimae voluptati. Saevi Cupidinis ludibrium, erubescebat scilicet, quoties reminiscebatur, se usque adeo profanasse gloriam suam, ut assidens Lydiae Omphalae, more sordidatissimi mancipii et omnium, qui amavere, effeminatissimi, ancillarum pensa ductis ex colu filis objerit: tam impotenter scilicet amabat. Et sane haud alias quidquam apud me deflebat frequentius, quam hoc facinus virtuti suae multum, plurimum illustrissimis laboribus demsisse. Vos autem, dii, nostis, id esse humanae inconstantiae, quae dum blanditur firmitati suae, infirmatur ad minima. Vah! magnus Hercules repetebat amoris jugum ejuratum toties. Amabat Dejaniram. Beatum plane hominem, amare si hanc perseverasset consortem tori. At Jole, cuius adolescentiam formaverant Gratiae, depravabat herois animum. Amatur. De quo cum Dejanira dolet acerbius: meminit prodigiosae tunicae, quam Nessus, Centaurorum unus, ipsi jam moriturus relinquebat praesentissimum adjumen-

res Mittel, die Liebe ihres Gemahls wieder zu wecken, so oft er aus Liebe zu einem andern Weibe gleichgültig gegen sie werden sollte. Dieses Gewand war mit dem vergifteten Blut des Centaurs getränkt, welches das tödtliche Gift der Pfeile enthielt, womit dieses Ungeheuer durchbohrt worden war. Du weißt, daß die Pfeile des Herkules, der diesen treulosen Centaur tödtete, in das Blut der lernäischen Hydra getaucht waren, und daß dieses Blut seinen Pfeilen ein Gift mittheilte, welches die Wunden, die es verursachte, unheilbar machte.

Herkules hüllte sich in dieses Gewand, und fühlte bald das verzehrende Feuer, das bis in das Mark seiner Gebeine drang. Von seinem fürchterlichen Geschrey ertönte der Berg Oeta und die tiefen Thäler; das Meer selbst kam davon in Bewegung. Weniger furchtbar ist das Gebrüll wilder, kämpfender Stiere, als das Geschrey des Herkules war. Vom Schmerz gepeinigt, ergriff er den unglücklichen Lykas, der ihm dieses Gewand von Dejaniren überbrachte, und es gewagt hatte, sich ihm zu nähern. Er schwang ihn, wie der Schläuderer den Stein in seiner Schläuder schwingt, den er weit von sich werfen will. Lykas von der gewaltigen Hand des Herkules vom Gipfel des Berges herabgeschleudert, fiel in das Meer. Sogleich wurde er in einen Felsen verwandelt, der noch menschliche Gestalt trägt, und von den aufgebrachten Wogen geschlagen, von ferne schon den klugen Piloten schreckt.

Durch das unglückliche Schicksal des Lykas gewarnt, wagte ich es nicht mehr, dem Herkules nahe zu kommen. Ich verbarg mich in den tiefsten Höhlen. Ich sah es, wie er mit der einen Hand hohe Fichten und alte Eichen, welche Jahrhunderte lang Winden und Stürmen getrotzt hatten, ohne Mühe entwurzelte, und mit der andern vergebens strebte, daß unglückliche Gewand von seinen Schultern zu reißen. Es klebte fest auf seiner Haut; es schien mit seinen Gliedern verwachsen zu seyn. Indem er es von seinem Körper reißen wollte, zerfleischte er sich selbst. Sein Blut

floß

tum ad amores Herculis resuscitandos, quoties suspicaretur, se relicta implicandum alienae. Ceterum haec tunica, sanguine Centauri tincta, venenum imbiberat, quale sagittis, quibus hoc monstrum perierat, vim inferendae necis inservit. Nosti autem, sagittas Herculis, quae Centauri perfidam multarunt, sanguini Lernaeae hydrae immersas eam traxisse pestem, ut vulnera, quae inflixisset, medicandi opem respuerent.

Hercules ergo ut primum tunicam induit missam, ignem, viscera ipsasque medullas pervadentem, sensit. Unde doloris impatiens horrendos concitat ejulatus, ab Oetae scopulis valliumque profundis repercussos. Credidisses, illis concitari pelagum, neque enim mitiores sunt, quos in arena tauri mugitus edunt. Lycas qui tunicam a Deianira attulerat, cum ausus esset furibundum accedere, ab eo, efferato doloribus, corripitur, nec difficilius, quam a funditore destinatus ad longiorem jactum lapis, in aere libratur. Ruit infelix Lycas de montis cacumine, elisus valida herois manu, praecepsque in mare commutatur in petram, humanam formam hodieque retinentem, et vehementia fluctuum, quibus assidue percutitur, rei nauticae peritioribus etiam longinquos facientem metus.

Cautior ex Lycae interitu cavendum mihi Herculem duxi, quaesivique occultissimas latebras. Vidi ego his oculis, eum altera manu correptas altissimas abietes, et multorum retro saeculorum injuria superiores quercus evellere non majore negotio, quam nos evellimus stipulas; altera infelicem illam pestem, tunicam, ab humeris nequicquam amoliri; quippe tam pertinaciter inhaerentem, ut videretur accrevisse corpori. Ut magis eam discerpebat, ita magis ipse vulnerabatur, cute carnibusque sequentibus avulsas partes tegumenti. Manabat ex dila-

floß in Strömen herab, und netzte die Erde. Endlich überwand seine starke Seele den Schmerz. Er rief aus: Du siehst, Philoktet, theurer Freund, welche Qualen die Götter über mich verhängen; sie sind gerecht; ich habe sie beleidigt; ich habe die eheliche Treue verletzt. Nach Besiegung so vieler Feinde, unterlag ich schimpflich der Liebe zu einer schönen Unbekannten. Ich sterbe, und bin zufrieden, wenn mein Tod die Götter versöhnt. Aber, ach! mein Freund, wohin bist du geflohen? Es ist wahr, die Qual, die ich duldete, ließ mich an dem unglücklichen Lykas eine Grausamkeit begehen, die ich mir nicht vergebe. Er kannte das Gift nicht, das er mir reichte; er verdiente diese Strafe nicht. Aber glaubst du, daß ich fähig sey, die Freundschaft zu vergessen, die ich dir schuldig bin, daß ich dir das Leben rauben wolle? Nein, nie werde ich aufhören, den Philoktet zu lieben. Philoktet wird meinen Geist auffassen, der zu entfliehen bereit ist; er wird meine Asche sammeln. Aber wo bist du, geliebter Freund, Philoktet, einzige, letzte Hoffnung meines Lebens?

Auf diese Worte flog ich ihm entgegen. Er streckte seine Arme nach mir aus, er wollte mich umfassen. Aber er zog sie wieder zurück, aus Furcht, auch in meiner Brust das schreckliche Feuer zu entzünden, das ihn selbst verzehrte. Ach! rief er, auch dieser Trost ist mir nicht einmahl vergönnt! Er spricht's; er trägt die Bäume zusammen, die er ausgerissen hatte; er schichtet einen Scheiterhaufen auf dem Gipfel des Berges. Stillschweigend besteigt er ihn. Er breitet die Haut des Nemäischen Löwen auf demselben aus, welche so lange seine Schultern bedeckt hatte, als er von einem Ende der Erde zum andern zog, die Ungeheuer zu bekämpfen, und die Unglücklichen zu befreyen. Er stützt sich auf seine Keule, und befiehlt mir, den Scheiterhaufen anzuzünden.

Entsetzen hatte mich gefaßt, meine Hände zitterten, aber sie konnten ihm diesen grausamen Dienst nicht versagen, denn er konnte dieß qualvolle Leben nicht mehr für ein wohlthätiges Geschenk der Götter halten, und ich fürchtete, daß der übermäßige Schmerz ihn zu einer That hinreißen möchte, welche die Tu-

niatis artubus cruor, eoque profluente squallebat humus. Tandem strenue collecto ex doloribus animo: Tormenta, exclamat, quibus me exanimari dii sinunt, Philoctete, vides. At ipsi justi; ego vero iniquus et reus sum. Neglexi fidem, quam debebam conjugi. Tantus victor victas dedi (pro dedecus!) alienae pulchritudini manus. Morior; et libet, irasci ut desinant offensi superi. At tu quo amice, fugis? Dolorum magnitudo fuit, ut in Lycam crudelis existerem; et huius nunc poenitet. Nesciebat miser, quam ille pestem mihi. Indignum fuit, quod intuli. Tu vero oblivisci me credis posse necessitudinis, et insidiari tibi? Ah numquam erit, ut Philocretem non amem! Ille hunc spiritum trahat ex labiis, in quibus jam haeret: ille legat cinerum, in quos nunc abibo, tristes reliquias. Ubinam ergo tu loci? Huc ades amice, huc Philoctetes, spes unica, solatium unicum, quod nondum astra mihi!

Movebant me haec lamenta, ut procurrerem in furentis auxilium. Aptare ille in amplexum brachia; at veritus, ne, qua ipse deflagrabat, luem ex nexu attraherem corporum, hoc repressit se gemitu: Ah nec istud jam licet solatii! Atque inter haec verba solo paulo ante extractas arbores comportat: in apice montis aggerit: in iis se collocat aequissimo animo: leonis Nemaei exuvias explicat, diuturnum humeris tegumentum, cum extremas terras monstrorum excidio, saluti miserorum peragraret. Tum applicans clavae innixum corpus, succendere me ligna jubet.

Palpitabant pavidae manus in crudele obsequium; sed neque negare id poteram tam calamitosum spiritum trahenti, ut nihil jam esset, quod vitam suam divini loco beneficii haberet. Verebar etiam, ob incredibiles angu-

gend befleckte, durch die er die Welt in Erstaunen gesetzt hatte.

Als er sah, daß die Flamme den Scheiterhaufen zu ergreifen anfing, rief er aus: jetzt mein bester Philoktet, sehe ich, daß deine Freundschaft echt ist, denn du liebst meinen Ruhm mehr als mein Leben. Mögen es dir die Götter lohnen! Ich hinterlasse dir, was mir das Theuerste auf der Welt war, jene in das Blut der lernäischen Schlange getauchten Pfeile. Du weißt, daß die Wunden tödtlich sind, die sie bewirken. Durch sie wirst du unüberwindlich seyn, wie ich es war; kein Sterblicher wird es wagen, mit dir zu streiten. Erinnere dich, daß ich unserer Freundschaft bis in den Tod treu blieb, und vergiß es nie, wie theuer du mir warst. Aber wenn es wahr ist, daß dir mein Leiden zu Herzen geht, so verleihe mir noch einen letzten Trost. Versprich mir, keinem Sterblichen je weder meinen Tod, noch den Ort zu offenbaren, wo du meine Asche verbergen wirst. Götter! ich versprach es ihm, ich schwor es ihm sogar, indem ich seinen Scheiterhaufen mit meinen Thränen benetzte. Ein Strahl der Freude brach aus seinen Augen. Aber auf einmahl hüllte ihn die wirbende Flamme ein, erstickte seine Stimme, und entzog ihn fast ganz meinen Augen. Doch sah ich ihn noch ein wenig durch das auflodernde Feuer. Sein Antlitz war eben so heiter, als wenn er, mit Blumen bekränzt, und Wohlgerüche düftend, die Freuden eines köstlichen Mahls mitten unter seinen Freunden genossen hätte.

Die Flamme verzehrte bald alles, was irdisch und vergänglich an ihm war. Bald war nichts mehr von dem übrig, was er bey seiner Geburt von seiner Mutter Alkmene empfangen hatte. Aber Jupiters Wille war, daß er jenes reine, unzerstörbare Wesen behielt, jene himmlische Flamme, welche die wahre Quelle des Lebens ist, und die er vom Vater der Götter empfing. Er stieg empor zu den Göttern unter die goldenen Wölbungen des schimmernden Olympus. Hier feyert er mit ihnen fröhliche Feste, und sie gaben ihm die liebliche Hebe, die Göttinn der Jugend, zur

stias ne quid ageret admiratione, quam rerum gestarum gloria orbi extorserat, indignum.

Ut autem vidit ardescere rogum, auctiore sono vocis: Nunc, Philoctetes, inquit, manifeste amas, quia mavis florere inter posteros Herculem, quam vivere. Referant dii. Ego vero tibi, quod in terris habeo pretiosissimum, has sagittas transcribo, quae Lernaeae hydrae cruorem biberunt: unde nosti sanari non posse, quod laedunt. Quam me, non minus invictum terribilemque universo mortalium generi te reddent. Memento Herculem in fide mori, et quantum amaverit te, recordari semper. At si te miseria amici vere movet, et iniquam sortem ejus doles, hoc, quaeso, solatium ultimum morituro adhibe. Promitte mihi, te nec mortem meam, nec ubi cineres meos deposueris, ulli mortalium, dum vixeris, indicaturum. Promisi, et pro dolor! cum detestatione quidem, ingenti lacrimarum vi effusa in rogum, quo erat periturus. Emicabat tum ex vultu ejus acrior laetitia, cum subito involvitur erumpente flamma, voceque intercepta fere oculis subducitur. Videbam eum aliqua adhuc ex parte, mediis scilicet flammis permittentibus aspectum; eratque tum vultu ita sereno, ut inter solemnia gaudia in corona amicorum sertis odoribusque cinctum putasses, exsultare.

Quae perire in Hercule poterant, celeriter flamma absumsit, nihil relinquens eorum, quae nascens ex Alcmena matre acceperat. Ceterum volente Iove subtilem naturam illam et immortalem retinuit, illumque de caelo igniculum, qui vera origo est vitae, et unius opus omnipotentis. Hunc ergo una Olympo subvexit, epoto nectare initiandus immortalium coetui; accepitque a diis Heben nuptui, mira venustate, et juventutis deam, ac

Gattinn, welche den Nektar in Jupiters Schale goß, ehe Ganymed dieser Ehre gewürdigt ward.

Aber die Pfeile, die er mir gegeben hatte, und durch die ich mich über andere Helden empor schwingen sollte, wurden für mich eine unversiegbare Quelle von Leiden. Bald verbanden sich Griechenlands Fürsten, den Menelaus an Paris, dem schändlichen Räuber Helena's zu rächen, und Priamus Thron umzustürzen. Das Orakel des Apoll hatte den Ausspruch gethan, daß die Griechen nur dann den Krieg glücklich zu endigen hoffen dürften, wenn sie im Besitz der Pfeile des Herkules wären.

Dein Vater Ulysses, der weiseste und thätigste in den Rathsversammlungen, übernahm es, mich zu überreden, mit den andern Fürsten zur Belagerung von Troja zu ziehen, und diese Pfeile mit dahin zu bringen, denn er glaubte, daß ich im Besitz derselben sey. Es war schon lange, daß Herkules nicht mehr auf der Erde gesehen wurde. Man hörte nicht mehr von neuen Thaten dieses Helden sprechen. Die verwüstenden Ungeheuer und die Frevler fingen wieder an, ungestraft sich zu zeigen. Die Griechen wußten nicht, was sie von ihm denken sollten. Einige hielten ihn für todt, andere behaupteten, daß er bis zum beeisten Nordpol hingezogen sey, um die Scythen zu bezwingen. Aber Ulysses versicherte, daß er nicht mehr lebe, und unternahm es, mir das Geständniß seines Todes zu entlocken. Als er zu mir kam, hatte ich mich noch nicht über den Verlust des großen Alciden getröstet. Es kostete ihm viele Mühe, mich zu einer Unterredung mit ihm zu vermögen, denn ich haßte den Anblick der Menschen. Es schmerzte mich, jenen Einöden des Berges Oeta entrissen zu werden, wo ich meinen Freund hatte sterben sehen. Meine Beschäftigung war, das Bild dieses Helden in meine Seele zurück zu rufen, und bey dem Anblick dieser traurigen Oerter zu weinen. Aber sanft und unwiderstehlich waren die Worte, die von den Lippen deines Vaters floßen. Er schien fast eben so betrübt zu seyn, als ich. Er vergoß Thränen; er wußte sich unvermerkt in mein Herz einzuschmeicheln, und mein Vertrauen zu gewinnen. Er flößte mir Theilnehmung für die griechischen Für-

inter epulas olim ante Ganymedem Jovis, cum biberet, ministram.

Deinceps ab Herculis obitu perpetuos dolores mihi crearunt sagittae, quas ut omnium heroum decus superarem, ille tradiderat. Factum haud multo post, ut icto foedere nefandum Helenae raptum vindicare reges decreverint, Priamique regnum exscindere. Verum edita sors ab Apollinis oraculo, nisi in castris Herculis sagittae forent, sinistrum bellum futurum.

Ergo Ulysses genitor tuus, ut erat consilio summus, industria maximus, negotium suscipit me adducendi, ut expeditioni interesse statuerem, sagittasque eo perferrem, quas, quod sciret, haberem ego. Diu erat, cum Hercules nusquam apparebat terrarum. Nihil de eo celebrabatur novi facinoris: impune prosiliebant ex latebris monstra, et monstris deterior hominum improbitas. Haerebat rei incerta Graecia, aliis affirmantibus eum e vita discessisse, aliis contendentibus, ad frigidam Arcton versum bellum Scythis moliri. At Ulysses haud dubius, abiisse eum e vivis, ex me, quod verum esset, resciscere constituit. Nondum dolor resederat ex Herculis interitu, cum ille pervenit ad me. Sine insigni difficultate adiri non poteram; aversabar enim omnem hominem et longe gravius mihi erat, quam ut Oetae solitudines bustumque amici facile desererem. Damnatis omnibus occupabar duntaxat in depingenda animo imagine tanti herois, provocandisque lacrimis ex locorum aspectu, quos conscios tam tristis fati caelum voluerat esse. At vis et dulcedo suadae, quanta quanta est, in ore genitoris tui habitabant; videbatur dolere dolorem tantum non meum; flebat; inveniebat denique viam, paullatim influendi in hunc animum, meamque in se accendendi fiduciam. Incipiebant sermone ejus mihi miserabiles esse Graeciae principes, quos ajebat pi-

sten ein, die für eine gerechte Sache stritten, und ohne mich nicht hoffen konnten, in ihrer Unternehmung glücklich zu seyn. Aber vergebens bemühte er sich, mir das Geheimniß von dem Tode des Herkules zu entlocken, welches nie zu verrathen ich geschworen hatte. Aber er zweifelte nun nicht mehr, daß er todt sey, und drang in mich ihm den Ort zu entdecken, wo ich seine Asche verborgen hätte.

Ich Unglücklicher! Ich verabscheute es, durch die Offenbarung eines Geheimnisses, dessen Verheimlichung ich den Göttern zugesagt hatte, meineidig zu werden, und war schwach genug, der Verbindlichkeit meines Eides auf eine listige Art auszuweichen, da ich den Muth nicht hatte, ihn geradezu zu verletzen. Die Götter haben mich dafür gestraft. Ich stieß mit dem Fuß auf den Boden an dem Orte, wo ich die Asche des Herkules hingelegt hatte. Und nun reis'te ich zu den verbündeten Königen, die mich eben so freudig aufnahmen, als wenn es Herkules selbst gewesen wäre. Als ich auf der Insel Lemnos ankam, wollte ich den Griechen eine Probe von der Wirksamkeit meiner Pfeile geben, und schickte mich an, eine Gemse zu erlegen, die durch einen Wald rannte. Aus Versehen ließ ich den Pfeil vom Bogen auf meinen Fuß fallen, und er verursachte mir eine Wunde, deren Folgen ich noch jetzt empfinde. Sogleich fühlte ich eben die Schmerzen, welche Herkules ausgestanden hatte. Ich erfüllte die Insel Tag und Nacht mit meinem Geschrey. Ein schwarzes, verdorbenes Blut floß aus meiner Wunde, steckte die Luft an, und verbreitete durch das Lager der Griechen einen Gestank, der die gesündesten Menschen des Athems hätte berauben können. Das ganze Heer entsetzte sich über meinen schrecklichen Zustand, und jeder glaubte, daß es eine Strafe sey, die mir die gerechten Götter zugeschickt hätten.

Ulysses, der mich bewogen hatte, Theil an diesem Kriege zu nehmen, war der erste, mich zu verlassen. In der Folge sah ich wohl ein, daß er es gethan habe, weil er das gemeine Beste Griechenlands und den Sieg den Pflichten vorzog, welche ihm die Freundschaft und die Rücksicht auf einen Einzelnen

um, at me sine funestum bellum suscipere. Mortem Herculis autem ex me frustra studuit elicere, quippe quam tegere jubebat juratum silentium. Ceterum de ea nihil porro dubitavit, coepitque perimpense rogare, ubi herois urnam deposuissem.

Eheu! aversabar periurium: manifestabam tamen, quod prodere non poteram sine periurio. Quod pollicitus eram deorum interposita fide, cum violare non auderem, insidiose conabar eludere, recte ab iisdem vindicatum. Pede scilicet tetigi locum, ubi combusti reliquias cadaveris posueram. Hoc facto ducor ad foederatos reges, qui nec ipsum Herculem excepissent laetiores. Traiicimus in Lemnon insulam, ubi, quanta sagittis meis inesset virtus, ostensurus in exercitu, damam, successuram in nemus, ferire aggredior: cum ecce telum per incuriam ab arcu defluit, perstrictoque crure vulnus mihi infligit, cuius adhuc perseverant reliquiae. Protinus ea percutiebar acerbitate sensus, cui ferendae Alcides non suffecit. Complebam diurnis nocturnisque clamoribus insulam; afflicta pars corporis manabat atro cruore et transeunte in saniem, infectoque aere tam gravem odorem Graecorum inferebat castris, qui robustissimum quemque prohiberet spiritu. Ingens ergo erat omnium militum consternatio, cum extrema me viderent pati, credebantque a justis diis hanc mihi plagam immissam.

Tam iniquis rebus Ulysses, auctor itineris mei, me primus omnium destituit. Atqui id mihi postea manifestum erat eum egisse, quod publicam Graeciae salutem victoriamque omnibus amicitiae commodique sui momen-

auflegte. Der Opferdienst in dem Lager konnte nicht mehr verrichtet werden, so groß war die Verwirrung welche der Abscheu von meiner Wunde, die Ansteckung, die sie verbreitete und die Heftigkeit meines Geschreys bey dem ganzen Heer verursachte. Aber in dem Augenblick, da mich die Griechen auf Ulysses Rath verließen, hielt ich diese Maßregel der Klugheit für die schrecklichste Unmenschlichkeit, die schwärzeste Verrätherey. Ach! ich war verblendet genug, nicht zu sehen, daß die besten Menschen mir mit eben dem Rechte zürnten, als die Götter, die ich beleidigt hatte.

Beynahe die ganze Belagerung von Troja hindurch blieb ich auf diesem öden und wilden Eiland, ohne Hülfe, ohne Hoffnung, ohne Trost, den fürchterlichsten Qualen Preis gegeben. Ich hörte hier nichts als das Brausen der Wogen, die sich an den Klippen brachen. Mitten in dieser Wildniß fand ich eine leere Höhle in einem Felsen, der zwey Spitzen, zwey Häuptern ähnlich, gegen Himmel streckte. Eine klare Quelle entströmte dem Felsen. Diese Höhle diente den wilden Thieren zum Aufenthalt, deren wüthenden Anfällen ich Tag und Nacht ausgesetzt war. Ich häufte Blätter zu einem Lager. Es war mir nichts geblieben als ein hölzerner Topf von grober Arbeit und einige zerlappte Kleider, mit denen ich meine Wunde verband, das Blut derselben stillte, und sie reinigte. Von allen Menschen verlassen, mit dem Zorn der Götter belastet, brachte ich hier meine Tage hin, wilde Tauben und anderes Geflügel, das meinen Felsen umflog, mit meinen Pfeilen zu erlegen. Wenn ich irgend einen Vogel getödtet hatte, um meinen Hunger zu stillen, mußte ich mich schmerzlich auf der Erde hinschleppen, um meinen Raub zu erhaschen. So verschaffte ich mir mit meinen Händen meine Nahrung.

Die Griechen ließen mir zwar bey ihrer Abreise einige Lebensmittel zurück, aber bald war dieser Vorrath aufgezehrt. Mit Kieselsteinen machte ich Feuer an. So schauderhaft auch das Leben war, das ich führ-

tis anteposuerat. Vacabant enim arae: cessabant sacrificia: horror vulneris mei indeque trahendi veneni, clamandi item acerbitas militem turbaverat. Destituebar ergo suadente Ulysse ab omni Graecorum exercitu: quae quidem ratio civilis prudentiae plena crudelitatis et petulantissimae fraudis mihi visa. At o miseram Philoctetis caecitatem, qui tunc non viderim, jure humanam sapientiam cum iratis diis mihi reluctari!

Sub Trojanam obsidionem ferme totam solitarius fui, nudatus auxilio, destitutus spe, egenus omnium, quibus vel delectari vel levari consuevit humana calamitas. Dolores sustinebam maximos, praeter squallorem loci, qui nihil admittebat ad hanc aurem, nisi concitati maris offensique scopulis fremitum. Antrum inveni media hac solitudine, vacuum humano cultu, et recedens sub saxo, quod inde atque inde cornua erigebat capitis in modum. Carebant vitio perennes aquae, quae ex eo manabant. Ipsam vero specum ferae occupaverant, a quibus perpetui mihi instabant metus. Congerebam folia molliendo somno. Reliquiae fortunarum mearum erant poculum ex ligno rudi opere, et vestes quaedam, ex longiori usu ineptae rite tegendo corpori; quas ad reprimendum sanguinem, obligata multata parte, atque ad tergendum vulnus adhibebam. Itaque projectus extra opem hominum et favorem deorum, tempus strage palumbium consumsi, earumque volucrum, quarum frequens circum illam petram volatus erat. At si forte dejeci ex aere, quod esset in prandium, subeundus dolor erat, cum inclinarem corpus ad tollendam humo praedam. Ita, unde viverem, tum paraverunt hae manus.

Cibaria quaedam prius, quam abirent e Lemno, Graeci mihi reliquerant; ceterum non poteram diu ex iis ali. Ignes conflictu trituque silicum elicui. Hoc vivendi

te, so würde es mir doch, fern von den undankbaren, treulosen Menschen angenehm gedäucht haben, wenn der Schmerz mich nicht niedergedrückt, und das traurige Ereigniß, welches mich in diese Noth gebracht hatte, nicht stets vor meiner Seele geschwebt hätte. Welche Grausamkeit, sagte ich bey mir selbst, einen Menschen seinem Vaterlande zu entreißen, als denjenigen, der allein Griechenland rächen könne, und ihn dann, während er der Ruhe genießt, auf einem wüsten Eiland zurück zu lassen! denn ich schlief, als die Griechen abreis'ten. Denke dir meine Bestürzung, und wie viele Thränen ich vergoß, als ich, erwachend, das Schiff durch die Wellen hingleiten sah. Ach! ich blickte rings auf dieser wilden und grauenvollen Insel umher, und fand nichts als die Verzweiflung.

Dieß Eiland hat keinen Hafen, auch treibt es keinen Handel. Wider ihren Willen landen die Seefahrer daselbst. Man erblickt auf demselben nur jene Unglücklichen, die von Stürmen an dieß Gestade geworfen worden. Keinen Umgang findet man da, als den Umgang derer, die Schiffbruch gelitten haben. Aber auch diejenigen, welche an diesen Ort kamen, getrauten sich nicht, mich mit sich zu nehmen. Sie scheuten den Zorn der Götter und der Griechen. Zehen Jahre lang duldete ich die Schmach, den Hunger, den Schmerz. Ich nährte eine Wunde, die mich verzehrte. Die Hoffnung selbst war aus meinem Herzen verschwunden.

Als ich eines Tages vom Suchen heilender Kräuter für meine Wunde in meine Höhle zurück kehrte, erblickte ich auf einmahl in derselben einen Jüngling von schöner und einnehmender Bildung, aber zugleich von stolzer und heldenmäßiger Gestalt. Ich glaubte den Achill zu sehen, so viel Aehnlichkeit hatte er in seinen Zügen, in seinen Blicken und in seinem Gang mit ihm. Sein Alter allein zeigte mir, daß er es nicht seyn konnte. Seine Miene sprach Mitleid und Verlegenheit zugleich. Es rührte ihn, als er sah, wie langsam und kümmerlich ich mich fortschleppte. Mein

genus, quantumvis horridum, nisi pertinax dolor aggravasset, et pertinacior miserae conditionis meae memoria, tantum abest, ut fuissem aversatus, ut duxissem etiam oblectationi, quoniam mortales a me removebat tam inanes recordatione beneficiorum, quam plenos fraudibus. Saepe indignatus animo: Itane, ajebam, itane oportuit Philoctetem deserere ereptum patriae, velut ejus vindicandae instrumentum unicum, destituere in hoc exilio, et destituere, cum artus sopore resolveret? Somno enim vacabam, cum Graeci classem auferrent ab insula. Unde intelligis, qua perturbatione fuerim, quo fletu oppressus, cum viderem e somno mihi redditus, patrias naves deserta statione in altum rapi. Grassabar per insulam: scrutabar locos immanes teterrimosque aspectu; at in meas duntaxat aerumnas incurrebam.

Haec insula non portu naves, non peregrinos mercium caussa accipit, nec ex jure, quod hospitibus commune, tuetur, ipsumque littus nemo attingit hominum libente animo. Ibi nisi ab inclementioribus undis ejectos haud repereris, nec alia atque naufragantium societate potiere. Sed neque huc appulsi audebant me admittere in navem et referre ad meos partim deorum, partim Graecorum metu. Decem ipsos annos et ludibria, et angustiae et fames mihi perferenda erant, alias insanabili vulnere ipsaque desperatione penitus exhausto atque confecto.

Forte a colligendis ad mitigandum vulneris dolorem herbis redibam, cum insignis speciei juvenem in antro meo intueor, cui in ore virtus, et herois qui praeferebat habitum. Achillem loquebatur lineamentorum conformatio, forma, incessus, nisi quod levior aetas contradiceret. Deprehendi in fronte ejus notas miserantis et perturbati animi. Vehementer dolebat, tam moleste, tam lente a me aegrum corpus trahi, acutusque et miserabi-

durchdringendes, schmerzliches Geschrey, das von dem Ufer widerhallte, erweichte sein Herz.

Fremdling, rief ich ihm schon von ferne zu, welches Unglück führt dich in diese unbewohnte Insel? Ich erkenne das Gewand eines Griechen, dieses Gewand, das mir noch immer theuer ist. Ach! wie verlangt mich, deine Stimme zu vernehmen, und jene Sprache von deinen Lippen tönen zu hören, die ich in meiner Jugend lernte, und die ich schon so manche Jahre in dieser Einöde mit niemand mehr reden konnte. Entsetze dich nicht über meinen jammervollen Zustand, habe Mitleiden mit mir.

Kaum hatte mir Neoptolem gesagt, daß er ein Grieche sey, so rief ich aus: o, süße Worte, nach so vielen Jahren von Stillschweigen und trostlosen Leiden! O, mein Sohn, welches Unglück, welcher Sturm, oder vielmehr welcher günstige Wind brachte dich hieher, um meine Qualen zu endigen? Er antwortete mir: mein Geburtsland ist die Insel Scyros; ich kehre wieder dahin zurück; man sagt, daß ich der Sohn Achills sey. Nun weißt du alles.

Diese wenigen Worte befriedigten meine Neugier nicht. Ich sagte zu ihm: o, Sohn eines Vaters, den ich so sehr liebte, theurer Zögling Nikomedens, was führte dich hierher, und von wannen kommst du? Er antwortete mir, daß er von der Belagerung von Troja käme. Ich entsinne mich nicht, sagte ich zu ihm, dich unter denjenigen gesehen zu haben, die zuerst dahin zogen. So warst also du unter denselben? fragte er mich. Ich sehe wohl, erwiederte ich, du kennest weder den Nahmen des Philoktet, noch seine Leiden. Ich Unglücklicher! meine Verfolger höhnen mich noch in meinem Elend. Die Griechen wissen es nicht, daß ich leide; dieß mehret noch meinen Schmerz. Die Atriden haben mich in diesen Zustand gebracht; mögen es ihnen die Götter vergelten!

Hierauf erzählte ich ihm, auf was Weise mich die Griechen verlassen hätten. Kaum hatte er meine Klagen vernommen, als er die seinigen begann. Nach dem Tode Achills, sprach er zu mir . . . wie? unterbrach ich ihn, ist Achill todt? Vergib mir, mein Sohn, daß ich deine Erzählung durch die Thränen unterbreche

lis ejulatus meus, ab universo littore rejectus multiplici sono, eum adducebat ad gemitum.

Ego nondum illi vicinus: Quae te sors, exclamabam, in hunc incultum locum? Novi, quem adhuc amo graecum habitum. Ut juvat audire vocem tuam, et ex ore tuo illos sonos, ad quos linguam meam accommodavi a teneris, hac autem in solitudine, tam sejunctus diu ab usu hominum, verba conformare non potui! Meus hominis infelicissimi aspectus, quaeso, horrori ne sit, sed incitamento miserendi.

Neoptolemus erat, qui simul Graecum se profitebatur, simul ego: O dulce verbum, quod tot annorum silentio et numquam levatis doloribus meis interseris! Quae sors, mi fili, quae iniquitas, imo quae aeris clementia huc te mihi, calamitatis meae, quam vides, allaturum finem? Ille: in Scyro natus, Scyron redeo. Filius Achillis habeor. Ecce tibi, quaecumque nosse ex me potes.

Avebat plura cognoscere tam diu suspensa curiositas. Itaque; tu vero, ajebam, fili parentis tam magni, tam mihi, tam Lycomedi altori suo dilecti! Quomodo huc ad me? ain! Ille asserebat, se ex castris Graecorum venire; meque obiiciente, ipsum in exercitu, cum primo tenderetur in Asiam, non fuisse, quaerebat, ubi tunc ergo egissem? Tu vero, respondebam, Philoctetis et nomen et adversas res videris ignorare. Heu miserum me! cuius fortunam inimici crudeliter onerant. Nescit Graecia me pati. Heu gliscit dolor! Per Atridas, quod referant dii, per Atridas sum miser.

Subjunxi deinde furtivum discessum classis nostrae, additis querelis, quas ubi desieram, ille suas exorsus: Post mortem Achillis, inquit; - - Interpellans ego: post mortem Achillis? Patere, fili, turbari sermonem tuum

die ich deinem Vater schuldig bin. Neoptolem antwortete mir: Du tröstest mich, indem du mich so unterbrichst; wie ist es mir so süß, den Philoktet meinen Vater beweinen zu sehen!

Neoptolem setzte seine Erzählungen folgender Maßen fort: Nach dem Tode Achills kamen Ulysses und Phönix zu mir. Sie bezeugten, daß ohne meine Gegenwart Troja nie fallen würde. Es brauchte wenig mich zu bewegen, mit ihnen zu gehen, denn der Schmerz über den Tod meines Vaters und das Verlangen, der Erbe seines Ruhms in diesem berühmten Kriege zu werden, waren für mich hinlängliche Gründe, ihnen zu folgen. Ich langte zu Sigeum an. Das Heer drängte sich um mich her; jeder schwor, daß er den Achill wieder erblicke; aber, ach! er war nicht mehr. Jung und unerfahren, wie ich war, wähnte ich, alles von denjenigen hoffen zu dürfen, die mich so sehr erhoben. Das erste, was ich von den Atriden begehrte, waren die Waffen meines Vaters. Grausam gaben sie mir zur Antwort: du sollst alles erhalten, was deinem Vater angehört, aber seine Waffen sind dem Ulysses bestimmt.

Diese Antwort trübte meine Seele; ich weinte, ich entrüstete mich. Aber Ulysses, ohne aus seiner Fassung zu kommen, sagte zu mir: junger Mensch, du theiltest nicht mit uns die Gefahren dieser langen Belagerung; diese stolze Sprache geziemt dir nicht; du verdienst nicht, diese Waffen zu besitzen, und nie wirst du sie erhalten. Meines Eigenthums durch die Ungerechtigkeit des Ulysses beraubt, kehrte ich in die Insel Scyros zurück, weniger gegen ihn, als die Atriden erbittert. Nun habe ich dir alles verkündet, Philoktet. Möchten die Götter ihren Feinden beystehen!

Alsdann fragte ich den Neoptolem, warum Ajax, Telamons Sohn, sich dieser Ungerechtigkeit nicht widersetzt habe. Er ist todt, antwortete er mir. Todt! rief ich aus, und Ulysses lebt, und lebt mit Ehre gekrönt, in dem Heer? Dann erkundigte ich mich auch nach Antilochus, dem Sohne des weisen Nestor und nach Patroklus, Achills Freunde. Auch diese sind nicht mehr unter den Lebenden, sagte er zu mir. Noch ein-

his lacrimis, Achilli quas debeo. Quin meo turbabis solatio; ita Neoptolemus. Quam volupe Philoctetem intueri genitoris illacrimantem funeri!

Tum regressus adolescens ad initia narrationis: Post mortem Achillis Ulysses cum Phoenice me venit conquisitum, asseverans, me absente Trojam numquam futuram Graecorum. Facile sequebar monentes, quippe impulsus et dolore paternae caedis, et desiderio, ne tam celebri bello nihil de tanti herois gloria in hereditatis vicem mihi veniret. Attigi Sigaeum. Illico circumfusus advenienti miles jurat in me Achillem revixisse; at, pro dolor! haudquaquam revixerat. Tiro eram non aetate modo, sed usu quoque rerum; neque dubitabam tamen omnia mihi polliceri ab iis, qui adventum meum tanto opere celebrabant. Genitoris arma ab Atridis postulo: cum ferox responsum ab his: habiturum me, quae reliquisset genitor; ceterum arma Ulyssi destinata esse.

Non tenui doloris impetu lacrimas, quibus tamen nihil motus Ithacus: Discriminum, inquit, diuturni belli exsors et puer, non eris particeps tam illustris spolii. Aequo majora jactas, et grandiora postulas meritis. Obtinebis numquam. Ergo multatus optima hereditatis parte Ulyssis iniuria, in Scyrum redeo majore in Atridas, quam Ulyssem, concepta ira. Dii ament, istos qui oderit! Haec sunt, quae scire ex me potes.

Scitabar postea, cur tantam iniuriam Aiax Telamonis non averterit? Vixit, inquiebat Neoptolemus. Et ego cum clamore vociferans: Vixit? et adhuc Ulysses vivit? Imo, adolescens pergit, floret in exercitu. At varias deinde quaestiones prolapsus sciendi cupiditate, peto, quid cum Antilocho ageretur, Nestoris filio? Qui se haberet ab Achille quondam dilectus Patroclus? Et utrumque obiisse audiens, resumto planctu: Quid? aiebam cum ge-

STADTBIBLIOTHEK AUGSBURG

mahl rief ich aus: Götter, was sagst du? So rafft also der unerbitterliche Krieg die Guten hinweg, und schonet der Lasterhaften? Ulysses lebt also; ohne Zweifel auch Thersites. So ungerecht handeln die Götter, und wir sollten sie noch ehren!

Indeß ich so meine Wuth gegen deinen Vater ausließ, fuhr Neoptolem fort, mich zu hintergehen. Noch sprach er die traurigen Worte: fern von dem Heere der Griechen, wo das Laster über die Tugend siegt, will ich in dem öden Scyros mein Leben in Zufriedenheit hinbringen. Ich gehe, lebe wohl, die Götter lassen dich genesen.

Ach! mein Sohn, rief ich aus, ich beschwöre dich bey dem Schatten deines Vaters, bey deiner Mutter, bey allem, was dir auf Erden theuer ist, laß mich nicht in diesem Elend zurück, wovon du ein Zeuge bist. Ich weiß es, wie sehr ich dir zur Last seyn werde; aber es würde dir Schande bringen, mich zu verlassen. Laß mich im Vordertheil, im Hintertheil des Schiffes liegen, wirf mich in den Raum des Schiffes, wohin du willst, und wo ich dich am wenigsten beschweren werde. Nur großen Seelen ist es gegeben, das Rühmliche edler Handlungen zu fühlen. Laß mich nicht in einer Wildniß zurück, wo man keine Spur von Menschen findet. Führe mich in dein Vaterland, oder nach Euböa, das nicht weit vom Berge Oeta, von Trachin und von den lieblichen Ufern des Sperchius entfernt ist. Gib mich meinem Vater wieder. Ach, wie sehr fürchte ich, daß er todt sey! Ich ließ ihn bitten, mir ein Schiff zu senden; entweder ist er todt, oder diejenigen, welche mir versprachen, ihm meine Leiden zu hinterbringen, haben mir nicht Wort gehalten. Ich wende mich an dich, mein Sohn. Denke an den Unbestand menschlicher Dinge. Wer im Glücke ist, mißbrauche es nicht, und versage seine Hülfe dem Unglücklichen nicht.

Dieß waren die Worte, die ich, von großem Schmerzen ergriffen, Neoptolem sagte. Er versprach mich mit sich zu nehmen. Alsdann rief ich aus: o, glücklicher Tag! o, göttlicher Neoptolem, wie würdig des Ruhmes deines Vaters bist du! Theurer

initu! Objerunt? Funestum eheu nuncium! Itane mors desaevit in bonos, parcit improbis? Ulysse salvo, quod ais, et Thersites utique adhuc fuerit incolumis. Haec agunt dii; et laudari a nobis volunt?

Persentienti furorem hunc in parentem tuum, pergit Neoptolemus imponere mihi, addens dolentis specie; Dii me procul a Graecorum exercitu, in quo parere improbitati jubetur integritas. Melius erit mihi in pessimis Scyri locis. Vale. Abeo. Sanent te dii!

Ad haec ego concitatiori voce: Per genitoris ego te manes, per dulcissimam parentem adjuro, per omne, quidquid carissimum in orbe tibi, in hoc exilio, his in aerumnis, quas pati me vides, ne Philocteten destitue. Equidem intelligo, quanto futurus sim oneri; sed et miserum deserere Graecis habetur dedecori. In proram, in puppim, in ipsam adeo carinam, aut ubi minime tibi tuisque molestus erit, Philoctetem mitte, abjice, deprime. Praeter magnanimos, quam gloriosa clementia, nemo intelligit. Eripe me hoc sterili solo, ubi nec cultus humani vestigium. Fac seu insulae, in qua es genitus, seu Euboeae adire littus queam, quod non procul ab Oetae jugis Trachineque, Sperchii fluminis riparumque oblectat spectaculum. Redde me parenti meo, quem heu! quam vereor, mortuum lugere ne debeam. Moneri curabam, navem ut mitteret; aut occubuit aut fefellere, qui promiserant se monituros. Unus jam superes, fili, derelicti Philoctetis asylum! Memento, quae rerum humanarum mobilitas. Felix es. Ne miser esse merearis felicitatis abusu, time, et succurre alienae miseriae.

Haec doloris magnitudo expresserat. Promisso loco in navi, qua erat abiturus, redii, sed laetiore vultu, ad gemitus: O lux, ter fausta lux! et tu flos vernantis adolescentiae, dulcis Neoptoleme! Assurge, quod mereris,

Reisegefährte, vergönne, daß ich dieser traurigen Wohnung Lebewohl sage. Sieh, hier habe ich gelebt; denke dir meine Leiden; kein anderer würde sie erduldet haben. Aber die Noth hatte mich unterrichtet, und sie lehrt den Menschen, was er auf keine andere Weise lernen würde. Wer nie gelitten hat, bleibt unwissend. Er kennt weder das Gute noch das Böse Er kennt die Menschen nicht, er kennt sich selbst nicht. So sprach ich, und ergriff meinen Bogen und meine Pfeile.

Neoptolem bat mich um die Erlaubniß, diese berühmten und durch den unüberwindlichen Herkules geheiligten Waffen küssen zu dürfen. Ich antwortete ihm: alles ist dir vergönnt. Von deiner Hand empfange ich heute das Leben, mein Vaterland, meinen vom Alter gebückten Vater, meine Freunde, mich selbst wieder. Du sollst diese Waffen berühren und du wirst dich dann rühmen können, der einzige unter den Griechen zu seyn, der verdiente, sie zu berühren. Sogleich trat Neoptolem in meine Grotte, um diesen Waffen seine Bewunderung zu zollen.

In diesem Augenblick ergriff mich ein unbändiger Schmerz. Er raubte mir die Besinnung. Ich wußte nicht mehr, was ich that. Ich forderte ein scharfes Schwert, um mir den Fuß damit weg zu schneiden. Ich rief laut aus: Tod! so sehnlich erflehter Tod, warum zögerst du? O Neoptolem, übergib mich den Flammen, wie ich den Sohn Jupiters denselben übergab! O, Erde, nimm einen Sterbenden auf, der sich nicht mehr erheben kann! Auf diesen quälenden Schmerz folgte eine tiefe Betäubung, in welche ich nach meiner Gewohnheit plötzlich verfiel. Ein starker Schweiß fing an mich zu erleichtern; ein schwarzes verdorbenes Blut floß aus meiner Wunde. Es wäre dem Neoptolem leicht gewesen, während meines Schlafs mir meine Waffen zu entreißen, und davon zu gehen; aber er war der Sohn Achills, und unfähig, mich zu betriegen.

Als ich erwachte, bemerkte ich, daß er in Verlegenheit war. Er seufzte, wie ein Mensch, dem die Verstellung fremd ist, und der gegen seine Neigung handelt. Solltest du im Sinne haben, mich zu hinter-

assurge in paternae gloriae fastigium. Sinite, quaeso, qui liberatorem hunc meum comitamini, valere nunc jubeam exilii mei has tristes sedes. Aspicite, qui me adhuc retinuerint loci. Inde quid perpessus, cogitate. Tuli, quae nemo potuisset alius. Ferre scilicet necessitas docuit, magistra eorum, quae alias perpetuo ignoraret mortalitas. Rudes sunt, quos numquam sinistra fortuna exercuit. Bona et mala in eodem ponunt gradu. Laborant vera cognitione et sui et aliorum. His dictis sagittas meas cum arcu sumsi.

Continuo Neoptolemus precibus a me eblandiri copiam earum osculandi, quoniam tam essent illustres et sacrae per invictam Herculis manum. Ego vero: Quae libent, age. Per te fili, per te lumen, patriam, paternos canos, propinquos, meque ipsum recipio. Tange arma, quae ego a fortitudinis miraculo; tange, et ex eo gloriare totius Graeciae unus. Neque cunctatus juvenis antrum subiit, acturus quae permittebam.

Interea praeceps et acutus dolor primo rationis tentavit usum, deinde eripuit. Postulabam ferrum decutiendo cruri. Fremebam cum ejulatu: Quousque torquebis inania desideria mors provocata toties? Admove mihi, quas ego Herculi, faces, juvenis! Dehisce tellus! absorbe mortis ligatam victimam. Lapsus ab his angustiis sum in consueta deliquia animi, et sudoris ingens vis relaxavit malum. E vulnere profluebat atro colore et depravatus cruor. Quid erat Neoptolemo facilius, quam, me alienato a sensibus et colluctante cum deliquiis, auferre tela, avehere? Sed Achilles mendacem non generat.

Redditis sensibus adverti eum in magna perturbatione esse. Gemitus fere edebat, quales solent, qui, quae simulant, celare non possunt. Tune Philoctetem decipere? Quid agis? Haec praecipitanti mihi: In castra, in-

gehen? sagte ich zu ihm; rede! — Du mußt mir zur Belagerung von Troja folgen, antwortete er mir. Ach! rief ich aus, was sagst du, mein Sohn? Gib mir diesen Bogen wieder. Ich bin verrathen; raube mir das Leben nicht. Ach! er antwortete mir nichts. Er sah mich stillschweigend an; nichts vermochte sein Herz zu rühren. O, ihr Ufer und Vorgebirge dieser Insel, ihr wilden Thiere und steilen Felsen, euch klage ich! denn ich habe sonst niemand, dem ich klagen könnte, als euch, den Vertrauten meines Kummers. Sollte Achills Sohn an mir zum Verräther geworden seyn? Er entreißt mir Herkules geheiligten Bogen; er will mich mit sich in das Lager der Griechen schleppen, um mich im Triumph aufzuführen. Sieht er nicht, daß er nur über einen Todten, einen Schatten, eine leere Gestalt triumphirt? Ha! wenn er mich angegriffen hätte, da ich noch meine Kraft fühlte! Aber jetzt siegt er bloß durch List über mich. Was soll ich thun? — Gib mir meinen Bogen wieder, mein Sohn, gib ihn mir wieder. Sey deinem Vater ähnlich; thue, was deiner selbst würdig ist; antworte mir! Aber du schweigst. Wilde Felsen, so muß ich zu euch zurück kehren, nackend, dem Elende Preis gegeben, verlassen, ohne Nahrung! Hülflos werde ich in dieser Höhle sterben! Die wilden Thiere werden mich zerreißen, da ich des Bogens beraubt bin, mit dem ich sie tödtete! Mögen sie es! Doch dein Herz scheint nicht schlechte Gesinnungen zu hegen, mein Sohn, du handelst aus fremden Antriebe; gib mir meine Waffen wieder, und dann verlaß mich.

Leise und mit bethränten Augen antwortete Neoptolem. Ach, daß ich nie von Scyros abgereis't wäre! — Mit einmahl rief ich aus: Himmel! was erblicke ich? Ist dieß nicht Ulysses? und nun vernahm ich seine Stimme. Er antwortete mir: ja, ich bin es. Hätte Pluto's nächtliches Reich sich vor mir aufgethan, und hätte ich den schwarzen Tartarus gesehen, dessen Anblick selbst die Götter schreckt, mein Entsetzen wäre nicht größer gewesen. Abermahls rief ich aus; o, Erde von Lemnos, sey du mein Zeuge! Du siehst es, Sonne, und du duldest es! — Ruhig antwortete Ulysses: es ist Jupiters Wille, und ich bin der

quit, mecum ibis. Et ego: Quid est, quod dicebas, fili? Arcum redde. Proditus sum! Ne tu vitam mihi! Ille tacere, leniter aspicere, moveri nihil. Vos, littora, vos, qui insulam hanc praecingitis scopuli! Vos infelici mihi tamdiu contubernales bestiae! Vos montium cacumina, quae humanos gressus non admittitis! ah! questus meos admittite; quoniam vos praeter non est, injurias deplorantem Philocteten qui audiat. Domestica vobis jam sunt mea suspiria. Itane ludar Achillis filio? Praedo divini ab Alcide spolii Trojam me abripit succubiturum sibi, non memor, victorem mei parem esse congredienti in pugnam cum cadavere, umbra, simulacro. Provocasset. utinam Philocteten adhuc integrum! Quamquam ne nunc quidem vi, sed dolo aggreditur. Quid faciam? redde, fili, redde. Aequalem genitori te exhibe, aequalem tibi. Quid dicis? Taces? Cautes Marpesia! haeccine tu nudo, egeno, derelicto, famelico? Tumulabit me haec caverna. Spoliatus caelesti telo, feras quo perimam; perimendus ipse pascam ferinam rabiem. At tu, care, melior videris mihi, quam ut agas dolo: mali nil cogitas. Redde, quae mea: apage!

Tum Neoptolemus voce paullo demissiori, uberrimoque fletu: Scyron, inquit, utinam deseruerim numquam! Nondum inane votum finierat, cum ego clamore, qualem attoniti edimus. Vah! quid video? Ulyssem? Et hic notae vocis sono respondit: Ulyssem. Ipse tartareus horror quantumvis diis intolerabilis visu, minus me terruisset, quam Ulyssis aspectus. Aucto igitur fremitu inclamabam: Testis tu, Lemne, mihi, infelix solum! Et vos, Phoebei ignes conscii! haec pati? His nihil offensus ille: Jovis, inquit, imperium est, Jovi pareo. Tune trita

Vollstrecker seiner Befehle. — Wagst du es noch, Jupiters Nahmen zu nennen? fuhr ich auf. Blicke diesen Jüngling an; seine Seele war nicht für den Betrug gemacht; schmerzlich fällt es ihm, zu vollziehen, wozu du ihn nöthigst. Unsere Absicht ist nicht, dich zu hintergehen, und dir zu schaden, sagte Ulysses. Wir kommen, dich zu befreyen, deine Wunde zu heilen, dir den Ruhm zu verschaffen, Troja zu stürzen, und dich in dein Vaterland zurück zu führen. Ulysses ist nicht dein Feind, du bist es selbst.

Ich sagte deinem Vater alles, was die Wuth mir eingeben konnte. Da du mich auf diesem Ufer zurückgelassen hast, sprach ich, warum vergönnst du mir nicht, hier im Frieden zu leben? Geh hin, suche Ruhm im Getümmel der Schlachten, genieße der Freuden des Lebens, sey glücklich mit den Atriden, laß mir mein Elend und meine Schmerzen. Warum willst du mich diesem Boden entreißen? Ich habe keine Kraft mehr, ich bin schon unter den Todten. Warum denkst du jetzt nicht eben so, wie vordem, da du glaubtest, daß ich nicht mit euch abreisen könnte, daß mein Geschrey und die Ansteckung, welche meine Wunde verbreitete, eure Opfer stören würden. Du allein, Ulysses, bist der Urheber aller meiner Leiden. Möchten die Götter . . . aber die Götter hören mich nicht, ja sie reitzen meinen Feind noch gegen mich. O, mein Vaterland, ich werde dich nie wieder sehen! O, ihr Götter, wenn noch einer unter euch ist, der Gerechtigkeit liebt, der Mitleiden mit mir hat, lasset eure Strafen den Ulysses treffen, und ich werde mich für geheilt halten!

Dein Vater hörte mich ruhig an; er sah mit Mitleiden auf mich; er glich einem Menschen, der, statt über die Geistesverwirrung eines Unglücklichen zu zürnen, den sein Mißgeschick erbittert hat, sie erträgt und entschuldigt. Unbeweglich stand er, wie ein Fels auf dem Gipfel eines Berges, der den ergrimmten Winden Trotz biethet, und ihre Wuth austoben läßt. Diesem ähnlich, wartete dein Vater stillschweigend, bis mein Ungestüm sich gelegt haben würde. Er wuß-

mendaciis lingua, ita confutans ego, Jovis profanare vocabulum? Viden' hunc juvenem, cujus ineptum ad inveniendos dolos torques imperatis fraudibus animum. At Ithacus: adventus noster nec fraudi erit, nec noxae tibi. Adsumus, ut per nos liber, sanus, particeps profecturae ex vastato Ilio gloriae, atque tua deinceps in patria sis. Ut non Ulysses, sed Philoctetes Philocteti est hostis!

Tum vero tantis in genitorem tuum contumeliis probrisque debacchabar, quantum erat irritati stomachi et furoris ingenium. Quid me turbas, ajebam, Philoctetis desertor, et desertorum caput? I, labora, suda, age non modo ut vincas heroum decora, sed et illecebra vivendi Paridem. I, fruere, quidquid cum Atridis fortuna tibi dabit; miserias, dolores relinque mihi. Ecquid me cogitas abducere, umbram, mortuum, occisissimum? Cur aliud hodie, atque ante tuum ex Lemno credebas abitum, me scilicet nisi cum religionis et altarium interitu hinc vobiscum abire non posse? Vah Ithace! vah malorum meorum origo fecunda nimis! Quam te dii, velim! . . . At diis non audior, qui augent hostis rabiem mei. Ah dulce solum patriae, qua perpetuo carebo miser! Tu, si quod es, quod fata reliquerunt Philocteti, aequum Numen! tu Ulyssen plecte. Tunc me salvum, quamquam miserrimus, reputabo.

Hac grassantem maledicendi libidine pater tuus adeo non tulit iniquo animo, ut miserentis etiam habitu me aspexerit, imitatus sive morem eorum, qui, liberi ultionis industria, moderate tolerant excusantque efferatam in adversis licentiam, sive rupem praecelsam, quae altitudini confisa suae ridet, invictaque sustinet insaniam ventorum, dum fatigati conquiescant. Ulysses certe nec voculam obgannivit, sed expectavit, dum concitata mens

te, daß man die Leidenschaften der Menschen, die man zur Vernunft zurück bringen will, nicht eher angreifen darf, als bis sie durch eine Art von Ermüdung ihre Stärke verloren haben. O Philoktet, sprach er endlich, was ist aus deiner Vernunft und deinem Muthe geworden? Jetzt ist der Augenblick gekommen, sie zu gebrauchen. Wenn du dich weigerst, uns zu folgen, um die großen Absichten, die Jupiter mit dir hat, zu erfüllen, so gehabe dich wohl. Du bist es nicht werth, der Befreyer Griechenlands und Troja's Zerstörer zu seyn. Bleibe in Lemnos. Diese Waffen, die ich mit mir nehme, werden mir einen Ruhm verleihen, der dir bestimmt war. Laß uns gehen, Neoptolem; er hört nicht. Es ist uns nicht erlaubt, das Wohl von ganz Griechenland dem Mitleiden gegen einen Einzelnen aufzuopfern.

Jetzt fühlte ich die Wuth einer Löwinn, der man ihre Jungen geraubt hat. Ihr Gebrüll schallt durch die Wälder hin. O, meine Höhle, schrie ich aus, nie werde ich dich verlassen! Sey du mein Grab! O, Wohnung des Schmerzens! . . Ohne Nahrung! . . . Ohne Hoffnung! . . . Wer reicht mir ein Schwert, mich zu durchbohren! . . . Raubvögel, eilet herbey, mich zu verzehren, denn ich werde euch nicht mehr mit meinen Pfeilen erlegen! Theurer Bogen, geheiligt durch die Hände des Sohnes Jupiters! Herkules, geliebter Freund, wenn dir noch Empfindung geblieben ist, zürnest du nicht? Dein Bogen ist nicht mehr in den Händen deines treuen Freundes, er ist in der Gewalt des schamlosen und hinterlistigen Ulysses. Raubvögel, wilde Thiere, fliehet nicht mehr diese Höhle! Meine Hände sind der Pfeile beraubt! Der Unglückliche kann euch nicht mehr schaden! Eilet herbey, mich zu verschlingen, oder zerschmettert mich vielmehr, ihr Donnerkeile des unerbittlichen Jupiters!

Nachdem dein Vater alle Mittel versucht hatte, mich zu überreden, hielt er endlich für das beste, mir meine Waffen wieder zurück zu geben. Er gab dem

rediret ad tranquillitatem; satis intelligens, impetus animi, si coercere eos sit libitum, nisi consumtis paulatim viribus languescant, necquidquam cohiberi. At vero ubi primum sensit mentem paulo aequiorem esse, decedente ira; hunc coepit in modum: Quo tua se, Philoctetes, ratio, quo virtus abripuit? Utraque, nisi cares, nunc utere. Recusas sequi, insuper habito, a Jove te constitutum ministrum magni consilii. Recusa: mane. Atqui te sic indignum efficies, cui libertatem debeat patria, ruinam infestae sibi urbis Graecia. Manebis ergo? Ego vero cum his armis ibo ad capessendam gloriam, quam fata destinaverant tibi. Age, Neoptoleme, eamus. Perdidimus operam: lapidi loquimur. Saevitia sit ita misereri unius capitis, ut Graeciam totam sinamus periclitari.

Tum haud levior quam leaenae incessit rabies, ereptis catulis rugitu opplentis saltus. Tu plena horroris caverna (ita antrum invocabam) tu sedes vivo, tu et tumulus eris consumto Philocteti! Tu doloris mei receptaculum; quod pro alimenti ubertate spes meas alit. Huc cultros, quibus hoc pectus fodiam! Huc milvi, accipitres, et me, me, inquam, abripite! Parcet vobis in posterum haec manus. O arcus! o pretiosum, o Jove nati sacratum pignus manu! Si tibi quis superest, Alcide, sensus, non irasceris? En fideli amico erepta tela in Ithaci fraudulentas et impuras transierunt manus! Huc in posterum, ad antrum isthoc meum, viventes rapto aves! Huc indomitam rabiem numquam positurae bestiae! Nihil jam timoris, jam nihil noxae habet haec inermis manus. Adeste! vestrum en me pabulum! Imo ignibus en tuis obvium hoc caput deorum hominumque immitis pater!

At genitor tuus postquam diligenter adhibuisset, quaecunque ad me persuadendum poterat invenire: opti-

Neoptolem ein Zeichen und dieser stellte sie mir sogleich wieder zu. Würdiger Sohn Achills, sprach ich zu ihm, jetzt gibst du mir einen Beweis, daß du es bist. Aber laß mich Rache an meinem Feinde nehmen. Ich war im Begriff, deinen Vater mit meinen Pfeilen zu durchbohren, aber Neoptolem hielt mich zurück, und sagte: Der Zorn raubt dir die Besinnung; du siehst nicht welche unwürdige That du begehen willst.

Ulysses stand eben so unerschüttert gegen meine Pfeile, als gegen meine Schmähungen. Diese Unerschrockenheit, diese Gelassenheit rührte mich. Ich war beschämt, daß ich mich im ersten Anfall der Leidenschaft meiner Waffen gegen denjenigen hatte bedienen wollen, der mir sie wieder gegeben hatte. Aber da mein empörtes Gemüth noch immer nicht besänftigt war, so war es mir unerträglich, daß ich meine Waffen einem Manne zu danken haben sollte, den ich so sehr haßte. Wisse sprach Neoptolem zu mir, daß Priamus Sohn, der göttliche Helenus, auf Befehl und Eingebung der Götter Troja's Mauern verlassen, und uns die Zukunft enthüllt hat. Das unglückliche Troja wird fallen, so sprach er, aber es wird nicht eher fallen, als bis derjenige, welcher die Pfeile des Herkules besitzt, es bekämpfen wird, und dieser Mann wird nur vor den Mauern von Troja von seinen Wunden genesen; Aeskulaps Söhne werden ihn heilen.

Entgegengesetzte Gefühle kämpften in meinem Herzen. Die Unschuld des Neoptolem und die Ehrlichkeit, womit er mir meinen Bogen wieder zurück gegeben hatte, rührten mich. Aber dem Ulysses nachzugeben, schien mir schmerzlicher als der Tod, und eine falsche Scham hielt meine Entschließungen zurück. Sollte ich wieder in der Gesellschaft des Ulysses und der Atriden erscheinen! Was würde man von mir denken? So sagte ich bey mir selbst.

Indem ich so im Zweifel schwebte, hörte ich auf einmahl eine Stimme, wie eines Gottes. Ich erblickte den Herkules in einer schimmernden Wolke. Eine Glorie umgab ihn. Ich erkannte ihn leicht an seinen etwas derben Zügen, an seinem starken Körperbau und an seinem kunstlosen Bezeigen. Aber mir erschien er in dieser Hoheit und Würde, als er noch auf Erden die

mum tandem ratus, arma mihi reddere. Igitur Neoptolemus nutu monetur. Qui cum illico paruisset; armis traditis, me permovit, ut his verbis gratias agerem: O qui et mereris et probas, esse te Achillis filium! Sine inimicum meum percutiam. Et jam ibam in sagittae jactum, cum ab interveniente Neoptolemo his acerrime dictis reprimor: Furor tibi abstulit animum, abstulit consilium. Non vides, quantum moliare nefas?

Ceterum tam non movi Ulyssem armatus fatalibus telis, quam probris. Quid? quod tactus ipse constantia et longanimitate ejus, erubui insanum impetum, quo arma expediebam in illum, qui reddiderat. At, perseverante iracundia, hoc ipsum urebat me, quod arma deberem viro, quem acerbissime oderam. Interea Neoptolemus: Scito, inquit, divinum Helenum de Priami sanguine, postquam deorum imperio monituque Trojam deseruit, nobis futura significasse, Iliumque desiturum tum primum, cum invaderetur ab eo, cui Hercules arma sua credidisset: hunc ipsum non nisi ad Trojam et ab Aesculapii filiis sanatum iri.

Haec verba, ut primum erant prolata, mentem meam vehementer distrinxerunt. Movebat me Neoptolemi candor, reddentis, quae in Oeta acceperam. Contra libuit pertinaciter nescire, cederemne Ulyssis desiderio? Inconsulto pudore implicante animum et suggerente: mene cum Ulysse, cum Atridis esse? Quid homines tum de me?

Ambiguus consilii vocem humana majorem exaudivi. Hercules aderat, illustri vectus nube, ambientibus eum radiis; vultus mediocriter austerus, artus robusti, moresque et gestus nulla adsciti arte: quae quidem facile a circumfusa luce discrevi: augustiorem tamen formam, quam cum domaret monstra, ptae se tulit. Ille prior locu-

Ungeheuer bezähmte. Er sagte zu mir: Du siehest, du hörest den Herkules. Ich habe den hohen Olymp verlassen, um dir Jupiters Willen zu verkünden. Du weißt, durch welche Anstrengungen ich die Unsterblichkeit errang. Es ist der Götter Wille, daß du mit dem Sohne Achills gehest, um die Pfade des Ruhms zu betreten, die ich gegangen bin. Du wirst genesen. Paris, der Stifter so vielen Unheils, wird, von meinen Pfeilen getroffen, fallen. Der Krieg wird dir reiche Beute gewähren. Diese sende nach Troja's Eroberung deinen Vater Pöas auf dem Berge Oeta. Er behänge damit mein Grabmahl, zum Zeichen der Siege, die du durch meine Pfeile erfochten hast. Dir aber, o Sohn des Achill, verkündige ich, daß du ohne Philokteten nicht siegreich seyn wirst, und Philoktet nicht ohne dich. Ziehet hin, zwey Löwen ähnlich, die auf den Raub ausgehen. Ich werde den Aeskulap gegen Troja senden, damit er dich heile. Vor allem, ihr Griechen, liebet die Religion und folget ihren Vorschriften; alles übrige ist vergänglich; sie allein ist von ewiger Dauer.

Als ich diese Worte vernommen hatte, rief ich aus: o, glücklicher Tag, liebliches Licht, so erscheinst du mir endlich nach so vielen Jahren! Ich gehorche. Laßt mich diese Oerter noch einmahl begrüßen, und ich weile nicht länger. Lebe wohl, geliebte Höhle! Lebet wohl, Nymphen dieser wasserreichen Auen! Hinfort werde ich nicht mehr das dumpfe Getöse der Wellen dieses Meeres hören. Fahret wohl, ihr Ufer, wo ich so oft der stürmischen Luft ausgesetzt war! O Vorgebirge, wo Echo so oft meine Klagen widerhohlte, lebe wohl! Lebet wohl, ihr süßen Quellen, wo ich so manche Bitterkeit kostete! Lebe wohl geliebtes Lemnos laß mich glücklich von dir scheiden, denn ich folge dem Rufe der Götter und meiner Freunde!

Wir reis'ten ab. Wir langten vor dem belagerten Troja an. Machaon und Podalirius, in der göttlichen Kunst ihres Vaters Aeskulap unterwiesen, heilten mich, oder setzten mich wenigstens in den Zustand, in welchem du mich jetzt erblickst. Ich leide nicht mehr; ich habe meine vorige Kraft wieder erlangt, aber ich hinke ein wenig. Paris fiel von meiner Hand wie ein schüchternes

tus: Herculem et audis, inquit, et vides. Deserto Olympo huc veni, ut Jovis ex me intelligas effatum. Quanti Alcidem immortalitas steterit, ignorare non potes. Sequendus tibi Achillis filius, et persequenda mea ad gloriam vestigia. Sanaberis. His sagittis auctorem tantorum malorum, Paridem, feries. Expugnata urbe, Poeanti, genitori tuo, pretiosa spolia mittes in Oetam montem, futurum ad busta mea insigne partae armis meis victoriae monimentum. Tibi vero, Neoptoleme, denuncio, nec te sine Philoctete, nec illum sine te victorem futurum. Agite! ite, et leones gemini estote, qui una investigant praedam. Erit, quod faciam, in Troade Aesculapius, Philocteten qui sanet. Si quid aliud, religionem ama, observa, Graecia! Transeunt cetera; perennat religio.

His auditis exsultabam ovantis in morem: O felix, o amoena lux, quam tot annorum discussis tenebris meliorem recipio. Habes obsequentem me. Supremum salutatis his sedibus abeo. Vale cara specus! Valete, per irrigua haec prata ludentes Nymphae! Non accipient hae deinceps aures, quos innoxiae maris irae vobis admurmurant, susurros. Valete littora, quae doluistis toties, Philocteten severioribus aurae incommodis premi! Valete vos in altum procurrentes scopuli, fidele sono multiplicandis gemitibus meis auxilium! Valete dulces scatebrae, sitis tam amarum adjumentum meae! Et tu denique Mulcibero amata tellus, vale: Dimitte sine noxa diuturnum tuum, deorum amicorumque voluntati obsequentem, incolam!

Sic discessum ab insula, ventumque ad obsessam urbem. Divinis Podalirii et Machaonis artibus, quas ab genitore Aesculapio didicere, aut sanitatem debeo, aut certe hanc reparati corporis conditionem, in qua me nunc vides. Vulneris nec exstat dolor, nec aliud, ex integro re-

Hirschkalb fällt, das der Jäger mit seinen Pfeilen erlegt. Bald lag Ilium in der Asche. Das übrige weißt du. Aber das Andenken an meine Leiden nährte stets in mir einen gewißen Groll gegen den weisen Ulysses, und seine Tugenden vermochten nicht diesen Unwillen zu versöhnen. Aber der Anblick eines Sohnes, der ihm so ähnlich ist, und den ich zu lieben mich nicht entbrechen kann, flößt meinem Herzen auch milde Empfindungen gegen den Vater ein.

ceptis viribus, vestigium, nisi quod leviter in incessu peccat tibia. Paridem stravi eum fere in modum, quo hinnuli in silvis licentiam telum plectit, emissum venatoris manu. Arsit paulo post meum adventum Ilium. Reliqua nosti. At vero calamitatis meae memoria in animo meo vel tum alebat Ulyssis tam acerbum odium; ut omnis virtus ejus exstinguere illud non valuerit. Ceterum aspectu filii, tam similis genitori, tam amandi mihi, emollior, ut et patrem amare incipiam.

XVI. Buch.

Staunend und mit gefesselter Aufmerksamkeit horchte Telemach der Erzählung Philoktets. Seine Augen waren fest auf den großen Mann geheftet, so lange er sprach. Alle die verschiedenen Leidenschaften, welche den Herkules, Philoktet, Ulysses und Neoptolem in Bewegung gesetzt hatten, mahlten sich abwechselnd auf dem offenen Gesichte Telemach's ab, wie die Erzählung sie nach und nach seiner Seele darstellte. Bisweilen vergaß er sich, und unterbrach Philokteten durch seine Ausrufungen; bisweilen fiel er in ein tiefes Nachdenken, gleich einem Menschen, der den Folgen der Dinge nachspürt. Als Philoktet die Verlegenheit Neoptolems schilderte, der sich nicht zu verstellen wußte, schien Telemach in derselben Verlegenheit zu seyn, und man würde ihn in diesem Augenblick für Neoptolem selbst gehalten haben.

Inzwischen rückte das Kriegsheer der Verbündeten, wohl geordnet, Adrasten, dem König der Daunier entgegen. Dieser war ein Verächter der Götter, und sann nur darauf wie er die Menschen überlisten könnte. Telemach fühlte die Schwierigkeiten, sich unter so vielen Fürsten, die eifersüchtig auf einander waren, mit gehöriger Klugheit zu betragen. Bey keinem sollte er Verdacht gegen sich erregen, die Liebe aller sollte er gewinnen. Sein Herz war gut und aufrichtig, aber er wußte nicht zu schmeicheln. Er bekümmerte sich wenig um das, was andern Vergnügen machen

LIBER XVI.

Dum casus suos Philoctetes commemorat, videbantur omnes sensus Telemachi suspendi. Certe ne minimo quidem corporis motu dicenti obstrepuit. Haerebat totus in tam illustri persona herois. Dissimillimos animorum sensus, qui jam Herculem, jam Philocteten invaserant, et alias Ulyssem, alias Neoptolemum turbaverant, omnes et singulos eo, quo in narrationis seriem incidebant, ordine in vultum Telemachi candor ingenuae indolis induxit. Alias immemor sui, ignarusque, quid ageret, vocem non integram interjecit loquenti. Alias videbatur toto animo cogitans eorum instar, qui studiose gravissima pensitant. Credi potuisset, cum Philoctetes Neoptolemum rudem ad simulationem, ideoque perplexum, commodius exprimeret, Telemachum eadem ambiguitate intricari, ipsumque Neoptolemum rursus pudefieri in Telemacho.

Jam Adrastum deorum fideique, qua commercia humana conflantur, contemtorem, foederatae copiae petebant cum industria. Difficillimum Telemacho erat, tot regibus mutua aemulatione ferventibus, satis ad omnia prudentem esse. Oportebat enim et illorum omnium suspicionibus, et caussis offensionum praevertere. Ingenium ejus minus blandum, quam rectum atque integrum, fere aspernabatur, quae ceteri ambiunt hominum,

kannte. Er liebte den Reichthum nicht, aber er verstand noch die Kunst nicht, zu geben. Mit einem Herzen voll Edelmuth und Rechtschaffenheit, kam er also in den Verdacht, weder gefällig, noch empfindlich für die Freundschaft, noch freygebig, noch aufmerksam zu seyn, dem Verdienste Gerechtigkeit widerfahren zu lassen. Ohne lange zu überlegen, folgte er dem Zuge seines Herzens. Trotz der Gegenbemühungen Mentors hatte ihm seine Mutter einen Uebermuth und Stolz eingeflößt, der seine schönsten Eigenschaften verdunkelte. Er hielt sich für ein Wesen anderer Art als die übrigen Menschen. Er wähnte, daß die Götter die andern nur dazu geschaffen hätten, ihm zu gefallen, dienen, allen seinen Wünschen zuvor zu kommen, und alles auf ihn, als auf ein höheres Wesen, zu beziehen. Das Glück, ihm zu dienen, war, seiner Meynung nach, eine hinlängliche Belohnung für diejenigen, welche unter ihm standen. Er forderte das Unmögliche von andern, wenn es darauf ankam, seine Neigungen zu befriedigen, und die geringste Zögerung empörte sein heftiges Gemüth.

Wenn man ihn so den Antrieben seines Herzens folgen sah, mußte man denken, daß er unfähig sey, etwas anders, als sich selbst zu lieben, und daß ihm nur sein Ruhm und sein Vergnügen am Herzen liege. Aber diese Gleichgültigkeit gegen andere und dieses selbstsüchtige Wesen waren bloß die Folgen eines leidenschaftlichen Zustandes, in welchem er sich immer befand. Seine Mutter hatte ihn von Jugend an verzärtelt, und er war ein auffallendes Beyspiel von dem Unglück derer, welche in einem hohen Stande geboren werden. Die widrigen Schicksale, die er schon früh erfahren hatte, hatten seine Hitze und seinen Stolz nicht mäßigen können. Von allem entblößt, verlassen, so manchen Uebeln ausgesetzt, hatte er doch nichts von seinem Uebermuth verloren. Immer erhob er sich wieder aufs neue, wie die biegsame Palme, die

Torpebat ad divitias, neque liberalitatem erga alios adhibere noverat. Nobilitas animi ejus quidem commendabatur, quod propenderet ad honestatem, argui tamen posse videbatur languentis in alios officii, credique securus amicitiarum: nec amicus largiendi, nec studiosus referendae vicis cultoribus suis, nec attentus ad merita distinguenda hominum. Destinata semel non pensabat amplius. Ad hunc fastum arrogantiamque mores ejus invito Mentore Penelope mater detorserat, unde etiam illis rebus, quae maxime in juvene debebant amari, afferebatur obscuritas. Tantus erat aestimator sui, ut crederet, se praevalere universis bonitate naturae, genusque hominum ideo duntaxat in orbe collocatum a diis, ut in iis voluntatis suae haberet mancipia, quorum esset cupiditates domini sollerter praesentire, studiose adjuvare, ad eumque velut praesentem deum, omnia referre: satis denique a se compensari obsequia, ea si admitteret. Existimare volebat alios, res quasvis habere facultatem, quae libebant ipsi. Minimaque in istis mora impetum effervescentis ejus ingenii movebat.

Has naturae affectiones consideranti visus fuisset, nec nisi se amare ipsum posse, nec nisi gloria sua delectari, et quibus adjuvetur impotens cupiditas. Ceterum quod tam sine discrimine habebat universos, nullamque curam praeter illam sui, vitium erat cupiditatum violentia semper incitati ejus animi. Adoleverat inter maternas blanditias, miserabile exemplum illorum, qui vulgo meliores genitores sortiuntur. Fortuna, quamquam pertinaciter et a teneris eidem adversa, non poterat hos impetus; hanc depravatae indolis ferociam exstinguere. Nudus omnium, aerumnis coopertus, insolentiam tamen non detraxit moribus Depressaque identidem, reparatis viribus, erigebat sese: veluti admittendis flexibus, non inepta

aus eigener Kraft empor strebt, so sehr man sich auch bemüht, sie niederzudrücken.

So lange Mentor über Telemach wachte, zeigten sich diese Fehler nicht, und nahmen mit jedem Tage ab. Einem raschen Pferde ähnlich, daß über die weiten Ebenen rennt, und unaufgehalten von steilen Felsen, Abgründen und reißenden Strömen, nur der Stimme und der Hand eines Einzigen gehorcht, der es zu zügeln weiß, war nur Mentor allein fähig, dem feurigen Geiste Telemachs Einhalt zu thun. Aber es bedurfte auch nur eines Blickes dieses Mannes, um ihn auf einmahl in seinem größten Ungestüm aufzuhalten. Sogleich verstand er die Bedeutung dieses Blickes, alle seine tugendhaften Entschließungen kehrten wieder in seine Seele zurück. Die Weisheit erheiterte und verschönerte plötzlich sein Gesicht. Nicht schneller besänftigt Neptun die schwarzen Stürme wenn er seinen Dreyzack erhebt, und die aufgethürmten Wogen bedroht.

So bald Telemach sich selbst überlassen war, brachen alle seine Leidenschaften, die in ihrer Wirksamkeit gehemmt worden waren, gleich einem Strom den ein starker Damm zurück hielt, wieder aus. Der Trotz der Lacedämonier und ihres Anführers, Phalant war ihm unerträglich. Diese Lacedämonier hatten Tarent gegründet, und bestanden aus den Jünglingen, die während der Belagerung von Troja geboren, und ohne Erziehung aufgewachsen waren. Die Unechtheit ihrer Geburt, das sittenlose Leben ihrer Mütter, und die Ausgelassenheit in der man sie erzog, gaben ihrem Karakter etwas Rohes und Wildes. Sie glichen eher einer Bande Straßenräuber, als griechischen Abkömmlingen.

Phalant ergriff jede Gelegenheit, dem Telemach zu wiedersprechen. Oft unterbrach er ihn in den Rathsversammlungen, und verachtete seinen Rath, als eines Jünglings ohne Erfahrung. Er spottete seiner,

palma nec maximo cedit ponderi, sed contra enixa perpetuo reluctatur.

Ceterum quamdiu cum Mentore juvenis fuit, haec ignorabantur vitia, decrescebantque in dies. Ut enim asper et ex pascuorum licentia petulantior sonipes, quem nec abrupta montium, nec ad immensitatem exesae voragines, nec aquarum torrentium objectus absterruerunt, saepe notam unius hominis vocem dexteramque sequitur: ita turgentem altis spiritibus Telemachum medio juvenilium cupiditatum impetu, cursuque vel unicus a Mentore aspectus inhibuit, admonitumque salubrium praeceptorum, revocato honestatis affectu, emendavit. Decedebat ex vultu juventutis ferocitas castigata senili prudentia, priorque facilitas sese restituebat ori. Neque tantum Neptunio tridenti in insanientes fluctus aerisque intemperies, quantum in Telemachi impetus Mentori imperii.

At postquam ab hoc magistro suae ipsius fiduciae est permissus, compositi tantisper motus velut magnae et vehementes aquae obversa ingenti mole se laxarunt. Oderat Lacedaemoniorum superbiam, Phalantis maxime, qui illos ducebat. Tarentum condituri huc venerant loci, juvenes fere, et ex nascendi tempore (quippe in Phrygiam profectis Graecis editi) longe deterrimis moribus inde a teneris imbuti. Natales spurii, matrum licentia, indulgentia educantium, qua nihil fuit intemperantius, omnino peregrinam quamdam importunitatem saevitiamque ingeniis eorum inseverant. Praedones potius credidisses, quam colonos e Graecia.

Et Phalantis quidem praecipua cura erat, Telemacho, quoties potuit, contradicere. Saepe in concilio intempestive se eidem ingerebat dicenti sententiam. Relegabat ad juvenilis rerumque imprudentis ingenii partus

und behandelte ihm als einen schwachen und verzärtelten Menschen. Er machte die Anführer auf seine kleinsten Fehler aufmerksam. Er suchte überall Eifersucht gegen ihn zu erregen, und den Stolz Telemachs allen Verbündeten in einem gehäßigen Lichte darzustellen.

Als Telemach eines Tages einige Daunier zu Gefangenen gemacht hatte, behauptete Phalant, daß diese Gefangenen ihm angehörten, weil er es gewesen, der an der Spitze der Lacedämonier diesen feindlichen Haufen niedergeworfen, und Telemach, der die Feinde bereits überwunden, und auf der Flucht gefunden, kein anderes Verdienst gehabt habe, als ihnen das Leben zu schenken, und sie in das Lager zu führen. Telemach aber gab vor, daß Phalant ohne ihn würde überwunden worden seyn, und daß er die Daunier besiegt habe. Sie brachten beyde ihre Sache vor die verbündeten Fürsten. Telemach ging so weit, daß er Drohworte gegen Phalanten ausstieß, und sie würden sich auf der Stelle geschlagen haben, wenn man sie nicht zurück gehalten hätte.

Phalant hatte einen Bruder, Hippias genannt, berühmt im ganzen Heere durch seine Tapferkeit, Stärke und Gewandheit. Pollux, sagten die Tarentiner, wußte den Cästus nicht besser zu führen, Castor nicht geschickter die Rosse zu lenken. An Stärke und Wuchs glich er beynahe dem Herkules. Das ganze Heer fürchtete ihn, weil seine Zanksucht und Wildheit seine Stärke und Tapferkeit noch übertraf.

Als Hippias sah, welche stolze Drohungen Telemach gegen seinen Bruder ausgestoßen, ging er eilends hin, die Gefangenen nach Tarent zu führen, ohne erst den Ausspruch der Versammlung abzuwarten. Telemach, der heimliche Bothschaft davon bekam, verließ wüthend die Versammlung. Gleich einem schäumenden Eber, der den Jäger sucht, der ihn verwundet hat, irrt er in dem Felde umher. Seine Augen suchen den Feind. Er schwingt die Lanze, mit der er ihn durchbohren will. Endlich erblickt er ihn, und seine Wuth verdoppelt sich.

ejus consilia; nec ipsum liberalius, quam affinem mulierum crepundiis, accipiebat. Dispertiebatur praefectorum auribus errores Telemachi vel levissimos; perperam attentus, ut Ithacii mores, non immunes a fastu, invidiae omnium sociorum obtruderet.

Forte quidam hostium in manus Telemachi venerant. Contendebat Phalantes, ex lege suos esse, quod se duce vicissent Lacedaemonii; Telemachus vero caesis jam fugatisque Dauniis superveniens, fere otiosus fuisset, nisi quod condonata vita captivos in castra deduxerit. Contra ille affirmabat, suam unius operam, ne Lacedaemonii succubuissent, obstitisse, proindeque suam unius esse victoriam. Ergo suam quisque caussam defensum contendunt ad conjunctos reges. Verum ea fuit Ithaci impotentia, ut etiam minas intentaret aemulo; ventumque hoc impetu fuisset ad manus, nisi, qui aderant, rixam distraxissent.

Hippias erat Phalantis frater, virtute, robore, habilitate agitandi corporis ante alios celebris in exercitu. Aequabatur a Tarentinis Polluci pugna caestuum, Castori equos moderandi peritia. Parem fere Herculi nervi, et species reliqui corporis fecerat; omnibus autem terribilem amor litium et vecordia, quae viribus corporis ejus animique longe anteibant.

Hippias ergo videns, quam ferociter Phalanti insultaret Telemachus, statuit, nondum enunciata regum sententia, captivos celeriter occupatos Tarentum abducere. Quod ubi Telemacho est nunciatum, ira in furorem versa prosilit e concilio; aprique more spumantis in ejus vestigia, a quo accepit plagam, per castra praeceps, crebraque jactatione roborans futurum in vulnus spiculum, oculis requirit hostem. Eo reperto ad primum obtutum furor juvenis altero tanto accenditur.

Es war nicht mehr jener weise Telemach, von Minerven in Mentors Gestalt geleitet. Er war ein Rasender, ein ergrimmter Löwe. Er ruft dem Hippias zu: halt! verworfenster aller Menschen! Halt! Laß sehen, ob du mit dem Raub derer davon gehen wirst, die ich besiegt habe. Vergebens hoffst du, ihn nach Tarent zu bringen. Hinab mit dir zur Stunde zu den finstern Ufern des Styx. Er sprach's und warf seine Lanze, aber er schläuderte sie mit solchem Ungestüm, daß er den Wurf nicht gehörig abmessen konnte. Die Lanze verfehlte den Hippias. Sogleich zückte Telemach sein Schwert. Golden war das Heft. Laertes hatte es ihm verehrt, als ein Pfand seiner zärtlichen Liebe, als jener von Ithaka abreis'te. Mit Ruhm hatte sich Laertes desselben in seiner Jugend bedient, und es war mit dem Blute vieler Anführer der Epiroten gefärbt, welche Laertes in einem Krieg besiegt hatte.

Kaum hatte Telemach sein Schwert gezogen, als Hippias, der sich seiner überlegenen Stärke gegen ihn bedienen wollte, auf ihn stürzte, um es seiner Hand zu entreißen. Das Schwert zerbrach in ihren Händen. Und nun fassen sie sich; sie klammern sich fest an einander. Sie glichen zwey ergrimmten Thieren, die sich zu zerreißen suchen. Ihre Augen glühen. Sie ziehen sich zusammen; sie dehnen sich aus; sie bücken sich; sie erheben sich; sie stürzen auf einander los; sie lechzen nach Blut. Die Hitze des Kampfs vermehrt sich. Fuß stemmt sich gegen Fuß, Hand gegen Hand. Ihre beyden verschlungenen Körper schienen nur ein Leib zu seyn. Aber Hippias war älter, als Telemach, und es schien, als ob er diesen, der ihm wegen seiner Jugend an Stärke nachstand, überwältigen würde. Telemach, des Athems beraubt, fühlte seine Knie wanken. Hippias bemerkte es, und verdoppelte seine Anstrengung. Jetzt wäre der Sohn des Ulysses unterlegen, und hätte die Strafe seiner Vermessenheit und seines Ungestüms bezahlt, wenn nicht Minerva, die von ferne über ihn wachte, und ihn nur in diese äußerste Ge-

Vidisses jam non eruditum ad sapientiae mysteria a personata Pallade Telemachum, sed aut furibundum hominem, aut rugientem feram impotenti rabie. Siste, occlamat derepente Hippiadi: siste, homuncionum vilissime! Videamus, utrum mihi valeas, quos vici, eripere. Non abduces Tarentum. Apage, et ad umbrosas stygiae paludis crepidines proficiscere. Simulque in hostem emittit spiculum. Ceterum ea festinatione praecipitis doloris egit, ut perperam demenso vulnere, telum plane innoxium fuerit. Ergo dexteram strenue transfert ad gladium. Erat hic aureo insignis capulo, juveni, cum proficisceretur ex Ithaca, a Laerte donatus instrumentum illustrissimorum facinorum, tepefactus multorum ducum sanguine, cum Epirotas cladibus domaret.

Vix Telemachus hunc gladium strinxerat, cum Hippias usurus viribus suis, strenue congreditur eo consilio, ut gladium aemuli manibus eriperet. Sed fractum telum est et retinentis et eripere conantis manu. Ergo medios amplexi sese, comprimuntur. Feras putes, quarum altera alteri injectis unguibus signat interitum. Fulgurant oculi: coguntur latera: extenduntur artus: curvantur flexi: eriguntur: insiliunt: inflammatur saevitia; jamque arctius committi non poterant. Haerebat pede pes: manus manu premebatur: adeo nullum discrimen relinquebant amborum innexa corpora, ut in unum viderentur coaluisse. At Hippias uti praestabat aetate, ita annis molliorem Telemachum credebatur dejecturus. Et jam perducti ad anhelitum Ithaci lababat genu. Quo viso, acrius instare Hippias. Actum erat de Ulyssis filio; proximumque, ut lueret iracundae temeritatis incontinentiam, nisi in fine pugnam Minerva vertisset, quae salutem Telemachi curabat absens; eumque propterea conflictari pa-

fahr gerathen ließ; um ihn klüger zu machen, den Sieg auf seine Seite gelenkt hätte.

Die Göttinn verließ den Pallast von Salent nicht, aber sie sandte Iris, die behende Bothschafterinn der Götter. Diese enteilte leichten Flugs, sie theilte die unermeßlichen Räume der Luft. Ein langer Lichtstreif zog sich hinter der Fliegenden her, und bemahlte eine Wolke mit tausend bunten Farben. Nicht eher stand sie still, als bis sie die Ufer des Meeres erreicht hatte, wo das zahllose Heer der Verbündeten gelagert war. Schon von weitem sah sie den Kampf, die Wuth und die Anstrengung der beyden Streitenden. Sie bebte bey dem Anblick der Gefahr, in welcher der junge Telemach schwebte. Sie naht sich, in ein leichtes Gewölk gehüllt, das aus feinen Dünsten gebildet, sie umwallte. In dem Augenblick, da Hippias seine ganze Stärke fühlend, den Sieg in Händen zu haben glaubte, deckte sie den jungen Zögling Minervens mit der Aegide, welche ihr die weise Göttinn gegeben hatte. Sogleich fühlte Telemach, dessen Kraft ganz erschöpft war, neues Leben. Je mehr er sich erhohlte, desto mehr gerieth Hippias in Unruhe. Er fühlte, daß etwas Höheres auf ihn wirkte, das ihn verwirrte, und seine Kraft lähmte. Telemach dringt stärker auf ihn ein; er sucht ihm bald in dieser, bald in einer andern Stellung beyzukommen; er sieht ihn wanken; er läßt ihm keinen Augenblick Zeit, sich zu erhohlen; endlich wirft er ihn zu Boden und fällt auf ihn. Eine große Eiche des Berges Ida, die, von tausend Streichen der Axt gefällt, hinstürzt, und den ganzen Wald erschüttert, macht kein schrecklicheres Getöse, als Hippias im Fallen machte: die Erde bebte, und rings umher zitterte alles.

Indessen hatte Telemach mit seiner Stärke auch seine Besinnung wieder bekommen. Kaum war Hippias unter ihm gefallen, als er den Fehler einsah, den er begangen hatte, den Bruder eines der verbündeten Könige, zu dessen Hülfe er herbey gekommen war, auf diese Art anzufallen. Mit Beschämung dachte er an Mentors weise Lehren. Er erröthete über seinen Sieg, und fühlte, daß er verdient hätte, über-

tiebatur hoc ultimo discrimine, ut inde praecepta futurorum erueret.

Ad ferendam autem illi opem Salentum non deseruit, caelestem duntaxat nunciam (Iris haec est, qua nihil celerius) misit, quae cum incitata levitate pennarum laberetur per immensa aeris spatia, relicto post se ingenti luminis tractu, nubem mira varietate coloris effinxit. Humum non tetigit prius, quam impenderet littori, cui applicuerant castra innumerabiles sociorum copiae. Spectabat e longinquo pugnam, impetus, contentionem, qua ambo luctatores utebantur. Cohorruit viso Telemachi periculo. Nubi deinde involuta, in quam tenuissimos vapores coegerat multo internitente lumine, rixantibus eo puncto supervenit temporis, quo Hippias, sentiens omne robur in lacertos suos concurrisse, sibi pollicebatur victoriam. Traditam a Minerva Aegidem alumno ejus praetendit. Unde ille respirare, profligatas vires recipere. Ut oppressum paene hostem vidit magis magisque confirmari Hippias: ita magis turbatur, inusitatum et divini quid sentiebat esse, quo audacia vigorque suus elidebatur. Instat Telemachus: aggreditur alio atque alio situ corporis infestus: huc, illuc impellit: jactat, urget, premit. Tandem arietat in terram; ipse abreptus supino Hippiadis lapsu super aemulum corruit. Eaque fuit utriusque cadentis vis, ut fere mitiorem casum crediderim esse Idaeae ilicis, quae plures lignatorum manus securesque fatigavit.

Interea Telemachus recordatus, quae a Mentore didicerat, sapientiae et fortitudinis praecepta, simul ut sub pedibus Hippiadem aspexit, ab animo suo coepit castigari, quod fratrem unius de sociis regibus, ipse socius huc profectus, istis modis fuisset adortus. Repetebat cum rubore Mentoris disciplinam, saluberrimaque monita. Aversabatur victoriam, quam retulisset, dignus vinci. At

wunden zu werden. Mittlerweile war Phalant wüthend herbey gerannt, seinem Bruder beyzustehen, und er würde auch den Telemach mit einem Wurfspieß, den er in der Hand hielt, durchbohrt haben, wenn er nicht befürchtet hätte, auch den Hippias zu durchbohren, der unter Telemach im Staube lag. Leicht hätte der Sohn des Ulysses seinem Feinde das Leben nehmen können; aber er fühlte keinen Zorn mehr, und war nur darauf bedacht, seinen Fehler durch Mäßigung wieder gut zu machen. Er stand auf, und sagte: Hippias, es genügt mir, dich belehrt zu haben, nicht verächtlich von meiner Jugend zu denken. Lebe! Ich bewundere deine Stärke und deinen Muth. Die Götter schützten mich; weiche ihrer Macht, und laß uns jetzt nur darauf sinnen, die Daunier mit vereinigten Kräften zu bekämpfen.

Indem Telemach dieß sagte, stand Hippias auf, mit Staub und Blut bedeckt, im Herzen Scham und Wuth. Phalant scheute sich, demjenigen das Leben zu rauben, der es seinem Bruder so edelmüthig geschenkt hatte. Er konnte sich zu nichts entschließen, er wußte nicht, wie ihm war. Inzwischen waren die verbündeten Könige herbey gekommen. Einige führten Telemach, andere den Phalant und Hippias hinweg, der seinen Trotz verlohren hatte, und mit gesenkten Blicken einher ging. Das ganze Heer war erstaunt, daß Telemach in einem Alter wo der Mensch seine ganze Stärke noch nicht erlangt hat, den Hippias habe überwältigen können, der an Größe und Stärke den Riesen, jenen Kindern der Erde, glich, die es einst versuchten, die Unsterblichen aus dem Olymp zu verjagen.

Aber der Sohn des Ulysses war weit entfernt, sich seines Siegs zu freuen. Indeß ihm allgemeine Bewunderung zu Theil ward, verbarg er sich in seinem Zelt, schämte sich seines Fehlers, zürnte über sich selbst, und bereute seine Uebereilung. Er erkannte, daß ihn

Phalantem jam non ira praecipitabat, sed rabies in fratris auxilium. Telum abripuerat secum, eoque percussurus erat incumbentem Telemachum, nisi periculum fuisset, ne una fratri, quem sub hoste resupinum pulveres obruerant, inferret noxam. Nihil impediebat Ithacum, quo minus Hippiadem perimeret. Sed exclusa jam ira id unum laborabat, ut demonstrando restitutum ex vehementi iracundia animum, qualecunque admisso errori patrocinium procuraret. Itaque prior erectus in pedes: Satis mihi est, Hippias, inquit, documentum te habere, juventutem meam semper vacare dedecore. Vive; et robur tuum et fortitudinem tuam admiror! Salvus sum deorum tutela, quibus te oportet cedere. Age! deleta omnis odii memoria in delendos Daunios jungamus et vires et consilium.

Haec loquente Telemacho, humo se colligit Hippias, sudore et sanguine non magis, quam verecundia perfusus, nec occulta fremens indignatione. Phalantem, tam magnanimo largitori fraternae vitae mortem inferre non ausum, consilio et potestate sui furor privaverat. Accelerati reges huc Telemachum, illuc Phalantem cum fratre ducebant in diversa; quorum ultimum oculos attollere non sinebat dolor tam male multatae insolentiae suae. Milites autem satis mirari non poterant, hanc aetatem, nondum adultis viribus, suffecisse Ithaco ad prosternendum adversarium, quo negabant superiores aut firmitate corporis aut mole eos ipsos fuisse, quorum temeritas Olympum, deturbatis diis, sedem decreverat.

At multum abfuit, ut Telemacho laeta victoria existeret. Dum eum multitudo suspicit, dum alia ex aliis argumenta invenit admirandae ejus virtutis: ille solus in tabernaculum se conjicit, in admisso errore magnopere erubescens, et acerbissimus accusator sui. Detestabatur fervorem praecipitis ingenii: quam ab aequo, a ra-

seine Leidenschaften zu unbesonnenen und ungerechten Handlungen hinrissen. Er sah das Eitle, Schwache und Erniedrigende seines ungemessenen Stolzes. Er erkannte, daß wahre Größe nur in der Mäßigung, der Gerechtigkeit, der Bescheidenheit und der Menschlichkeit bestehe; er sah es deutlich ein, aber nach so vielen Rückfällen durfte er nicht mehr hoffen, je ein anderer Mensch zu werden! Er lag mit sich selbst im Streit, und man hörte in brüllen, gleich einem ergrimmten Löwen.

Zwey Tage lang verharrte er einsam in seinem Gezelt. Er konnte sich nicht entschließen, unter Menschen zu gehen. Er strafe sich selbst. Ach! sagte er bey sich selbst, wie kann ich es wagen, Mentorn je wieder anzublicken? Bin ich wohl der Sohn des Ulysses, des weisesten aller Menschen, dieses großen Dulders? Kam ich nur, Uneinigkeit und Zwiespalt in dem Heere der Verbündeten anzurichten? Bin ich hierher gekommen, ihr Blut, oder das Blut der Daunier, ihrer Feinde, zu vergießen? Welche Vermessenheit! Ich ließ mich mit dem Hippias in einen ungleichen Kampf ein. Ich wußte nicht einmahl, meine Lanze zu werfen. Ich hatte nichts zu gewärtigen, als den Tod nebst der Schmach, der Besiegte zu seyn. Doch, was wäre daran gelegen gewesen? Ich würde nicht mehr seyn, der vermessene Telemach, dieser unsinnige Jüngling, den keine Belehrung klug machen kann, würde nicht mehr seyn! Meine Schande hätte mit meinem Leben geendigt. Ach! dürfte ich hoffen, nie wieder zu begehen, was mich jetzt mit so vielem Kummer erfüllt, wie glücklich wäre ich! Aber wer bürgt mir dafür, daß ich nicht heute noch in dieselben Fehler falle, an die ich mich jetzt nur mit Scham und Abscheu erinnern kann, oder mich doch geneigt dazu fühle? Unseliger Sieg! Verwünschter Ruhm! Wie bitter rückt ihr mir meine Thorheit vor!

tione consueverit abire in vehementiori iracundia, agnoscebat, advertebatque hanc agendi insolentiam ex animo incredibiliter vano, angusto, humilique prodire; veram autem excellentiam ex affectuum moderatione et amore justitiae, et rursus ex modestia morumque facilitate nasci. Quibus etsi tunc omnino perspectis, alium tamen, et meliorem se fore toties reus sperare non audebat. Itaque compunctus dolore sese increpantis arguentisque animi, ita tristitiae se dabat, ut rugire potius videretur, quam lamentari.

Biduum in solitudine absumsit, non prodire, non sociari cuiquam ausus, ac velut sponte captivus et vindex sui. Vah! clam exprobrabat sibi: Egone aliquando videre Mentorem? Egone Ulyssis genus, sapientissimi post natos homines, et totius Graeciae longe modestissimi? Mene huc Mentor, huc Idomeneus, ut foedere conjunctos populos turbis, dissensionibus divellerem? Horumne sanguinem, an Dauniorum oportuit fundere? Me insanum bellatorem, qui jaculi mei officia nescierim! Hippiadem impar viribus provocarim! Sperare, nisi mortem, haud poteram, probrumque amittendae victoriae. Et quid tum? Fuissem scilicet. Imo fuissem ego; ille temerarius, ille vecors, ille ex saluberrimis consiliis nihil proficiens, ex optimis monitis deterrimus, inutilis Telemachus. Idem et vitam et vitae ludibrium terminasset exitus. Atque utinam hoc saltem haud temere speraverim, me immunem deinceps fore ab iis, quae adeo commisisse nunc piget, ut solatium mihi proponere haud valeam. O me tunc iterum iterumque felicem Telemachum! At eheu! forte haec ipsa non abibit dies, cum iteratis inimicitiis aut revolvar, aut optabo revolvi in idem doloris atque dedecoris argumentum. Hem miserabilem victoriam! hem laudes! non laudes, sed sannas et probra meae stultitiae!

Indem er sich so in trostloser Einsamkeit verzehrte, kamen Nestor und Philoktet zu ihm. Nestor wollte ihm vorstellen, wie sehr er gefehlt habe; aber, als der weise Greis sah, wie bekümmert das Herz des Jünglings war, unterdrückte er seine ernsten Ermahnungen, und sagte ihm nur Worte der Liebe, um seinen Schmerz zu lindern.

Durch diesen Zwist waren die verbündeten Fürsten in ihren Unternehmungen aufgehalten worden, und sie konnten nicht eher gegen den Feind ziehen, bis sie den Telemach mit Phalanten und Hippias ausgesöhnt hatten. Man mußte jeden Augenblick befürchten, daß die Tarentiner die hundert jungen Kreter, die dem Telemach in diesen Krieg gefolgt waren, anfallen würden. Telemach's Fehltritt hatte allgemeine Verwirrung angerichtet, und Telemach, der das gegenwärtige Uebel sah, dessen Urheber er war, und die Gefahren der Zukunft ahndete, überließ sich dem bittersten Schmerzen. Die Fürsten waren in großer Verlegenheit. Sie wagten es nicht, das Kriegsheer aufbrechen zu lassen, aus Furcht, die Kreter und die Tarentiner möchten während des Zuges an einander gerathen, und es kostete Mühe, sie innerhalb des Lagers in Schranken zu halten, wo man sie doch genau beobachten konnte. Nestor und Philoktet gingen unabläßig zwischen den Gezelten des Telemach und des unversöhnlichen Phalant, der nichts als Rache schnaubte, ab und zu. Weder Nestors sanfte Beredsamkeit, noch das Ansehen des großen Philoktet vermochten dieses empörte Gemüth zu besänftigen, welches durch die wüthenden Reden des Hippias nur noch mehr entflammt wurde. Telemach war weit sanfter; aber er fühlte sich von einem Gram niedergedrückt, den nichts mildern konnte.

Das ganze Heer gerieth in Bestürzung, als es seine Fürsten in dieser Unruhe sah. Das Lager glich einem Hause, das über den Verlust eines Vaters trauert, der die Stütze seiner Verwandten und die Hoffnung seiner unmündigen Kinder war.

Noch war das Kriegsheer in diesem Zustande der

Vacanti solitariis doloribus Nestor et Philoctetes supervenere animo ad eum invisendi. Decreverat Nestor juveni proponere, in quam incidisset culpam. At facile deprehenso non occulto maerore ejus, ut afflictum et jacentem erigeret, omissis gravioribus verbis, leniter affatus est.

Caeterum haec dissensio bello injecit moram. Neque enim tutum erat in hostem procedere, adhuc dissoluta domesticorum amicitia; nec aberat singulis horis recens metus, ne Tarentini cum Cretensibus, quos Telemachus ducebat, repentino furore committerent. Omnia unius Telemachi error turbaverat. Ipsum vero et recordatio tam multiplicis praesentis mali, et timor futuri vementer afflixit, et quod videbat, se omnium horum caussam existere. Principum omnium summa quoque consternatio fuit. Copias educere non audebant, veriti, ne Cretenses ob Telemachum, ob Phalantem Tarentini concurrerent: cum utique in castris, ubi observabantur acerrima diligentia, vix poterant cohiberi. Nestor cum Philoctete in utriusque adversariae partis tabernacula assidue commeabat, quoniam in cogitanda vindicta totam mentem Phalantes collocaverat. Non suada Nestoris, qua nihil dulcius, non Philoctetis auctoritas erant mitigando efferatum hunc animum, quem insuper fraterni dolores perpetuo irritabant. Contra modestiorem se dabat Telemachus, tametsi adeo eum aegritudo depresserat, ut nullo solatio se pateretur levari.

Ergo labantibus capitibus membra consternatione torpebant, totisque castris non minor erat trepidatio, quam in una familia, quae, nuper amisso principe suo, totius cognationis adminiculo et propagandi spe generis privata est.

Inter haec mala derepente tumultus exaudiri coepit

Verwirrung und Niedergeschlagenheit, als man auf einmahl ein entsetzliches Getöse von Wägen, klirrenden Waffen, wiehernden Rossen, wildes Geschrey wuthschnaubender Sieger, und Stimmen der Fliehenden, Sterbenden und Verwundeten vernahm. Eine dicke Staubwolke wallte empor, bedeckte den Himmel und hüllte das ganze Lager ein. Bald gesellte sich zu dieser Wolke ein dicker Rauch, verfinsterte die Luft, und hielt dem Athem zurück. Man hörte ein dumpfes Brausen, wie es aus dem Aetna schallt, wenn Vulkan mit seinen Cyklopen dem Vater der Götter die Donnerkeile schmiedet, und dieser Berg aus seinen entflammten Eingeweiden Feuerströme ausgießt. Entsetzen faßte alle Herzen.

Adrast, stets wachsam und unermüdet, hatte die Verbündeten überfallen. Er hatte ihnen den Anzug seines Heeres verborgen, und war von dem Zuge des ihrigen unterrichtet. Er hatte sich äußerst angestrengt, einen fast unzugänglichen Berg zu umgehen, wovon die Verbündeten beynahe alle Zugänge besetzt hatten. Da sie im Besitz dieser Engpässe waren, so hielten sie sich vollkommen sicher, und schmeichelten sich sogar, den Feind, der hinter dem Berge stand, vermittelst dieser engen Wege, die sie inne hatten, überfallen zu können, wenn erst einige Kriegsvölker, die sie erwarteten, zu ihnen gestoßen seyn würden.

Adrast, der das Gold mit vollen Händen austheilte, wenn es darauf ankam, die geheimen Anschläge seiner Feinde zu erfahren, hatte von ihrer Entschließung Nachricht erhalten; denn Nestor und Philoktet, diese zwey sonst so weisen und erfahrnen Feldherrn wußten ihre Entwürfe nicht geheim genug zu halten. Nestor ließ sich bey der Neige seiner Tage allzu sehr von dem Vergnügen hinreißen, seine rühmlichen Thaten zu erzählen. Philoktet, von Natur weniger gesprächig, war heftig, und wenn man seine Lebhaftigkeit nur ein wenig reitzte, konnte man alle seine Heimlichkeiten erfahren. Listige Menschen hatten den Schlüssel zu seinem Herzen gefunden, und wußten ihm seine wichtigsten Geheimnisse zu entlocken. Es bedurfte nichts, als ihn aufzubringen, und dann wußte er nicht mehr an sich zu halten. Er brach in

Raptati currus, quassata arma, equorum hinnitus, fremitus hominum, hinc ad caedendos fugientes adhortantium, hinc aut fugam, aut vulnera mortemque lugentium. Versati turbinis in modum pulveres ingentem nubem elatam caelo affundebant castris, junctique mox crassis vaporibus, confuso turbatoque aere intercludebant spiritum. Distinguebatur etiam a reliquo tumultu quidam occultus strepitus, illi haud multum absimilis, quem ad cudenda fulmina ex Aetnae interioribus grassantes ignium procellae movent. Terror occupaverat animos.

Adrastus, ut erat vigilantissimus nec infractus belli incommodis, improvisum militem induxerat in sociorum exercitum. Certior factus itineris eorum, ne qua indicia adventus sui deprehenderent, curavit. Incredibili diligentia montem circumvectus est, cujus aditus omnes obsidebant Graeci, valde publiceque existimantes, occupatis angustiis, tantum distare, ut deberent suspicari periculum, ut etiam crederent liberum ipsis fore, adjunctis, quae adhuc opperiebantur, auxiliis, inde in diversa montis parte tendentes Daunios opprimere.

At Adrastus, prodigus magis, quam largus aeris, ne ignoraret occulta hostium, de hoc consilio edoctus est. Nestor quippe et Philoctetes, quamquam insigni sapientia, scientesque rerum belli, haud satis, quae destinaverant, tegebant. Et Nestor quidem aetatis suae ruinam solari plus aequo amabat narrando, quae ex parte honorifica ipsi et gloriosa poterant esse. Philoctetes autem, parcior sermonis, sed promtioris fastidii, vel leviter provocatus aperiebat devota silentio. Erant itaque, quorum calliditas invenit viam extrahendi, quidquid infimis recessibus mentis ille crediderat. Sub ipsa adeo irae initia impotens sui prorumpebat in minas, jactabatque esse sibi certa auxilia, quae vellet, obtinendi. Quodsi vel leviter suspica-

Drohungen aus, und rühmte sich, alle Mittel in seiner Gewalt zu haben, zu seinen Zwecken zu gelangen. Schien man an der Wirksamkeit dieser Mittel zu zweifeln, so eilte er, sich in eine unbedachtsame Erörterung einzulassen, und die tiefsten Geheimnisse entwischten seinem Herzen. Einem kostbaren aber zerbrochenen Gefäße ähnlich, dem seine köstliche Flüßigkeit entrinnt, wußte das Herz dieses großen Feldherrn kein Geheimniß zu bewahren.

Die Verräther, welche Adrast durch sein Gold gewonnen hatte, nützten die Schwachheit dieser zwey Fürsten. Sie schmeichelten Nestorn durch ein eitles Lob; sie erinnerten ihn an seine erfochtenen Siege, bewunderten seine Klugheit und wurden nicht müde, ihm Weihrauch zu streuen. Den aufbrausenden Philoktet suchten sie auf eine andere Weise in ihre Schlingen zu locken. Sie sprachen von nichts als Schwierigkeiten, Fehlschlagungen, Gefahren, widrigen Ereignissen und von Fehlern, die nicht wieder gut zu machen seyen. So bald sein heftiges Gemüth einmahl entflammt war, verließ ihn seine Klugheit, und er war nicht mehr derselbe Mensch.

Bey allen Mängeln; die wir an Telemach bemerkt haben, besaß er doch weit mehr Klugheit in Bewahrung seiner Geheimnisse. Sein widriges Geschick und die Nothwendigkeit, sich von Jugend auf vor den Freyern seiner Mutter zu verbergen, hatten ihn diese Kunst gelehrt. Auch wußte er ein Geheimniß zu verschweigen, ohne eine Unwahrheit zu sagen, und sogar, ohne die Miene der Zurückhaltung und Verheimlichung zu haben, welche verschwiegenen Leuten eigen ist. Es hatte nicht einmahl das Ansehen, als ob ihn seine Verschwiegenheit Mühe kostete. Man fand ihn immer unbefangen, natürlich und offen, gleich einem Menschen der das Herz auf den Lippen trägt. Aber wenn er sich so weit heraus gelassen hatte, als es ohne Gefahr geschehen konnte, wußte er zu rechter Zeit, und ohne daß es ihn Zwang gekostet hätte, inne zu halten, um

batur, de his, quae asserebat, adiumentis dubitari: illico et temere ad ea promenda lapsus, occultissima quaeque animi sui ad audientes proferebat; pretiosum scilicet vasculum, sed tenuissime crebroque fissum, nec satis fidele continendis liquoribus: tantus quippe dux retinere arcana non poterat.

Erat haec utriusque regis imbecillitas, cui a corruptis per Adrastum hominibus non semel illusum. Circum adstrepebant perpetuo Nestori ieiunas rerum, quas gessisset, commendationes: triumphorum admonebant: demirabantur providentiam: nec intermittebant umquam, quae in laudibus ab eo referrentur, applaudere. Aliter, neque tamen minus impigre, in iram praecipiti Philocteti impositum est. Implebant aures ejus tantummodo difficultatibus agendarum rerum, importunitatibus temporum, impedimentis, erroribus desperatae emendationis. Quibus ut primum praefervidum ingenium ejus concitabatur, nihil prudentiae, nihil Philoctetis in Philoctete remanebat.

Contra Telemachus, quanquam multa perperam, ut vidimus, gessit, certe a culpa violati arcani alienus fuit. Tectus esse magistra fortuna didicit, primamque pueritiam ejus silendi exercitia acuerunt, cum matri salubre esset, quae ad ipsam pertinebant, procorum cognitioni subtrahere. Noverat ergo ita loqui, ut nec arcanum diceret, nec mendacium. Quid? quod ne arcanorum quidem hominum mores circumspectos et reconditos prae se ferens, ita premebat tacenda, ut videretur ignorare; quippe semper liber, agens ex ingenio, sine fuco, atque ut de illis unus, quibus in labiis, quod dicimus, habitat animus. Dictis, quaecunque poterat sine periculo, omnino sciebat commode, et velut amplius dicere nihil attineret, tacere, quae valuissent suspicionem et discrimen

nichts zu sagen, das Argwohn hätte erregen, oder sein Geheimniß verrathen können. Auf diese Weise war sein Herz unzugänglich und undurchdringlich. Selbst seine besten Freunde erfuhren nichts von ihm, als was er, um ihren Rath einzuhohlen, ihnen zu offenbaren für nöthig hielt. Mentor war der einzige, für den er kein Geheimniß hatte. Er schenkte wohl auch andern Freunden sein Vertrauen, aber nicht auf gleiche Weise, sondern in dem Verhältniß als er ihre Klugheit und Freundschaft erprobt hatte.

Telemach hatte schon öfters bemerkt, daß sich die Beschlüsse der Rathsversammlung allzu sehr im Lager verbreiteten. Er hatte Nestorn und Philokteten davon benachrichtigt, aber diese so erfahrnen Männer hatten seinen heilsamen Rath nicht genug beherzigt Das Alter hat keine Biegsamkeit mehr; die lange Gewohnheit legt ihm Fesseln an; es kann sich beynahe nimmer von seinen Fehlern los machen. Aehnlich den Bäumen, deren rauher knotiger Stamm sich durch die Zeit verhä tet hat, und nicht mehr gebeugt werden kann, vermögen die Menschen in einem gewissen Alter fast nichts mehr über ihre Gewohnheiten, welche mit ihnen alt geworden sind, und sich ihrem ganzen Wesen einverleibt haben. Nicht selten werden sie sich derselben bewußt, aber allzu spät, und vergebens seufzen sie über sie. Die zarte Jugend ist allein das Alter, wo der Mensch noch Gewalt über sich hat, wo er noch der Besserung fähig ist.

Es befand sich bey dem Heere ein Doloper, Nahmens Eurimachus, ein Mensch, der zu schmeicheln, und sich nach dem Geschmacke und den Neigungen aller Fürsten zu bequemen wußte, sinnreich und unverdrossen, neue Mittel ausfindig zu machen, ihnen zu gefallen. Wenn man ihn hörte, so war nichts unausführbar. Begehrte man seinen Rath, so entging ihm nicht, was der andere am liebsten hören würde. Er scherzte, er spottete der Schwachen, war unterwürfig

creare silendis. Eaque ipsa res mentem ejus humanae cognitioni imperviam invictamque reddidit. Ne optimis quidem amicorum prodebat amplius, quam arbitrabatur utile ac idoneum fore aut daturis, quod eos rogabat, consilium, aut explicaturis suam de re proposita sententiam. Unus duntaxat Mentor erat, cui omnino se volebat patere. Et aliis etiam amicis impertiebatur sese, cum discrimine tamen et pro conditione, qua et fidem et sapientiam ipsorum probaverat.

Telemachus non infrequenter expertus, justo maturius ducum consilia manasse in vulgus: Nestorem et Philocteten ea de re monuerat. Ceterum fiducia longi usus rerum minus curabant juvenem salubria monentem. Et vero plerumque senectus monitorem non fert; mancipium est consuetudinum suarum et fere expers medicinae, qua vitia sua persanet. Et quemadmodum perperam flexae arbores numquam vetustate durati stipitis vitia corrigunt; ita in hominibus, qui ad certos aetatis annos pervenere, desperanda est quorumdam errorum emendatio, qui nimirum una veterascentes cum ipsis, se in intimas medullas eorum insinuarunt. Eos quidem agnoscunt fere, sed postquam ita invaluit malum, ut evelli non queat. Gemunt, at inutiles gemitus: quoniam non nisi teneriori aetati facultas suppetit ad frugem referendae voluntatis.

Erat in exercitu Eurimachus quidam, natione Dolops, eruditus ad assentandum, omniumque ingeniis principum aptus, studiisque eorum inserviens magna gratia pollebat, quam studiosa sollertia placendi tuebatur. Deonerabat ille molestia, ad quodcunque regibus libebat aggredi. Rogatus consilium, alias praesciens, quid singulis maxime placeret, petentium moribus accommodabat sententiam. Lepidus festivusque, ac ignavos salse

gegen diejenigen, welche er fürchtete, und besaß die Geschicklichkeit, seinen Schmeicheleyen eine so feine Wendung zu geben, daß sie auch der Bescheidenste mit Wohlgefallen hörte. Bey ernsthaften Menschen war er gesetzt, bey lustigen heiter. Es wurde ihm nicht schwer, jede Gestalt anzunehmen. Gerade und rechtschaffene Menschen, den Vorschriften der Tugend getreu, zeigen immer dieselbe Gestalt, aber eben deßwegen sind sie den Fürsten, die sich von ihren Leidenschaften beherrschen lassen, minder angenehm, als jene. Eurimachus verstand den Krieg, und war in den Geschäften bewandert. Er war ein Abentheurer. Er hatte sich dem Dienste Nestors gewidmet, und wußte dem Herzen dieses etwas eitlen und die Schmeicheley liebenden Mannes alles zu entlocken, was er zu wissen wünschte.

Obgleich Philoktet sich ihm nicht anvertraute, so bewirkte doch seine Hitze und Ungeduld, was bey Nestorn das Zutrauen. Eurimachus durfte ihm nur widersprechen, und ihn aufbringen, so erfuhr er alles von ihm. Dieser Mensch hatte große Summen von Adrast empfangen, damit er ihm die Anschläge der Verbündeten verrathen möchte. Der König der Daunier hatte bey dem Kriegsheere der letztern eine Anzahl Ueberläufer, von denen immer einer nach dem andern aus dem Lager der Verbündeten entwischen, und zu den Seinigen zurückkehren mußte. So oft Adrasten eine Sache von Wichtigkeit kund gethan werden sollte, ließ Eurimachus einen von diesen Ueberläufern abgehen. Der Betrug konnte nicht leicht entdeckt werden, weil die Ueberläufer keine Briefe bey sich trugen. Wenn man sie ertappte, so fand man nichts bey ihnen, was den Eurimachus hätte verdächtig machen können.

Auf diese Art kam Adrast allen Unternehmungen der Verbündeten zuvor. Kaum war eine Entschließung in der Rathsversammlung gefaßt worden, so machten die Daunier ihre Vorkehrungen, um den glücklichen Erfolg zu vereiteln. Telemach unterließ nichts, der Sache auf den Grund zu kommen, und Nestors

ac facete deridens, cereum se dabat potentioribus, laudis tam peracutus quam delicatus artifex, ut nec modestissimos offenderet. Serio agebat cum gravibus, facête cum amantibus sales; tam facile imitatus diversos mores, ut ingenium, non artem in eo esse crederes. Homines, quorum candor, et probitas mobilitatem non suscipit, certamque virtutum disciplinam consectatur; numquam placuissent regibus, quibus dominatur cupiditas, quantum hic Dolops histrio. Nec rerum belli, nec pacis ignarus erat, observansque fortunam suam, Nestorem sequebatur. Habitus inter fideles socios, ab animo ejus admiratione sui non intacto, nec tardioris ad laudes sensus, quaecunque scire libebat, prolicuit.

A Philoctete quidem non admittebatur in necessitudinem; ceterum iracundia impetusque animi ejus aeque utilis proditori fuit, quam cum Nestore amicitia. Quippe ut occulta ex ipso cognosceret, opus haud erat, nisi diversa sentiendo eum irritare. Adrastus, ut, quidquid acturi essent Graeci, rescisceret, hominis istius fidem permagno emerat. Alebat certum transfugarum numerum in regum exercitu. Horum jubebat singulos per intervalla dilabi e castris, et reverti ad se. Si quid gravius acciderat, quod scire Adrastum operae videbatur pretium ab Eurimacho mittebatur unus ex his proditoribus. Abstrusior fraus erat, quam ut facile potuerit adverti. Nihil enim litterarum ferebant transfugae. Unde, his etiam improviso exceptis, extra suspicionem erat Eurimachus, cum vacui reperirentur, qui hosti certiora nunciatum ibant.

Interim omnia sociorum consilia ab Adrasto praevertebantur. Simul ut a Graecis est consultatum, Daunii opponebant prorsus, quae destinata discuterent. Cujus quidem caussam Telemachus nihil omisit, ut detegeret,

und Philoktets Mißtrauen zu erregen, aber seine Bemühungen waren umsonst, sie waren verblendet.

Man hatte in der Rathsversammlung beschlossen, die zahlreichen Kriegsvölker zu erwarten, welche ankommen sollten, und hatte in der Nacht insgeheim hundert Schiffe auslaufen lassen, um diese Völker deste schneller von einer sehr rauhen Küste des Meeres, wo sie landen sollten, an den Ort zu bringen, wo das Heer gelagert war. Man glaubte in der Zwischenzeit vor dem Feinde in Sicherheit zu seyn, weil man die Engpässe des benachbarten Berges, welcher eine fast unzugängliche Seite des Apennins war, mit Völkern besetzt hielt. Das Heer war an den Ufern des Galesus gelagert, nicht fern von dem Meer. Diese herrliche Strecke Landes hatte einen Ueberfluß an Weiden und an allen Früchten, welche zum Unterhalt eines Kriegsheers erforderlich sind. Adrast stand hinter dem Berg, und man glaubte nicht, daß er über denselben kommen könnte. Aber da er wußte, daß die Verbündeten noch schwach waren, daß ihnen eine große Verstärkung zueilte, daß die Schiffe die Krieger erwarteten, die eintreffen sollten, und daß das Heer durch den Zwist Telemachs mit Phalanten getrennt war, so machte er mit seinem Heere einen großen Umweg, und eilte Tag und Nacht in beschleunigten Zügen längs der Meeresküste hin auf Wegen, die man bis jetzt für völlig ungangbar gehalten hatte. So besiegt Kühnheit und unermüdete Anstrengung die größten Hindernisse, und beynahe alles ist demjenigen möglich, der den Muth hat, etwas zu wagen, und den Mühseligkeiten Trotz zu biethen; wer aber in träger Ruhe verharrt, und das Schwierige für unmöglich hält, verdient von dem Unglück übereilt und unterdrückt zu werden.

Adrast überfiel mit Tages Anbruch die hundert Schiffe der Verbündeten. Da diese Schiffe nur schlecht bewacht waren, und man keine Gefahr besorgte, bemächtigte er sich derselben ohne Widerstand, und bediente sich ihrer, seine Völker mit unglaublicher Ge-

regesque commoneret fortasse latentis doli. Atquid juvat sponte caligantibus oculis praeire lumen ?

Nestori et Philocteti nihil erat mirabilius, quam videre Telemachum tam sine stomacho, tam placide attentum officiis, quae quisque ab eo expeteret: tam non difficilem, quin et ambitiosum, quod cuique praeberet, auxilii: tam sollertem denique ad cujuslibet necessitates futuras. Dubitabant, quid maxime crederent, diversumque ab Telemacho hominem sibi in eo videbantur intueri. At longe inusitatius ipsis fuit et prope monstrum, ab illo tam anxie Hippiadis funus curari. Et certe ad tollendum corpus ejus, illuc loci venit, ubi tegebatur cumulatis cadaveribus cruentum foedeque deformatum; profusisque cum pietatis sensu lacrimis: Nosti nunc, inquit, grandis anima, virtus quanti tua fuerit mihi. Offenderant me mores tui. Insolentes erant, ex vitio scilicet acerrimae tuae juventutis. Scio, multa opus huic aetati venia. Ambos adhuc futurum erat ut vera necessitudo conjungeret. Ego vero peccavi. Eccur illum eheu! prius mihi subtraxistis dii, quam cogeretur amare Telemachum?

Odoribus erant imbutae aquae, quibus postea corpus

den Wassern waschen. Auf seinen Befehl wurde ein Scheiterhaufen errichtet. Die großen Fichten ächzten unter den Schlägen der Axt, stürzten nieder, und wurden die Berge herab gewälzt; die Eichen, diese alten Kinder der Erde, welche dem Himmel zu trotzen schienen, die hohen Pappeln, die Ulmen mit ihren grünen, dickbelaubten Wipfeln, die Buchen, der Stolz der Wälder, fielen an den Ufern des Galesus. Hier erhob sich, gleich einem regelmäßigen Gebäude der zierlich gefügte Seiterhaufen. Die Flamme begann zu leuchten; eine Rauchwolke stieg zum Himmel empor.

Traurig langsamen Schrittes mit umgekehrten Lanzen, die Blicke zur Erde gesenkt, nahen sich die Lacedämonier. Tiefer Schmerz war ihren wilden Gesichtern eingedrückt; häufig floßen ihre Thränen. Alsdann erschien Pherecides, ein Greis, weniger vom Alter gedrückt, als von dem Gram, den Hippias zu überleben, den er erzogen hatte. Er hob seine Hände und seine in Thränen schwimmenden Augen gen Himmel. Er verachtete die Speise seitdem Hippias todt war; der süße Schlaf hatte seine müden Augenlieder nicht mehr besucht, und seinen quälenden Kummer nicht gemildert. Mit wankenden Schritten ging er einher, folgte dem Zug, und wußte nicht, wohin er ging. Kein Laut entging seinem Mund, so gepreßt war sein Herz: Niedergeschlagenheit und Verzweiflung hatten ihn in tiefes Schweigen versenkt. Aber als er den Scheiterhaufen anzünden sah, brach er auf einmahl in wilde Bewegungen aus, und rief:

Ach, Hippias, Hippias, so werde ich dich also nie wieder sehen! Hippias ist nicht mehr, und ich lebe noch! Hippias, mein Theurer! Ich Grausamer, ich Unerbittlicher! Ich bin es, der dich den Tod verachten lehrte. Ich hoffte, daß deine Hände meine Augen schließen sollten, daß du meine letzten Seufzer auffassen würdest. Grausame Götter, ihr verlängert mein Leben,

ablutum est, curante Telemacho. Tum aggeri stipites jussit. Sollicita opera caesae abietes e cacuminibus montium devolvebantur. Ilices item, pervetustum telluris, nubibusque elato vertice infestum genus, ad Gelasi ripas prostratae, quibus additae populi ulmique, nihil aut colore, aut frondium in apicibus frequentia, lauro inferiores; fagi insuper, egregium illud in silvis lignum: quae arbores omnes ad augendum rogi splendorem cumulatae speciem praebebant operis, quod arte consilioque architecti condunt. Jamque emicabant flammae: versabatur in procellae modum fumus, sursumque versus efferebat se, quam longe oculis fas erat pertingere.

Procedebant Lacedaemonii lento et qui decebat lugentes, gradu: sarissarum cuspides et oculi demissi: squallentes vultus oppletique fletu. Sequebatur Pherecides, non tam confectus senio, quam luctu, quod Hippiadi, suo a teneris alumno, superstes erat futurus; porrectis ad caelum manibus, sursumque, fluentibus lacrimis, intuens. Cibis abstinuit post Hippiadis fatum: somni otio gravissimos dolores nec ad momentum rupit. Incedens post multitudinem, nec quo vaderet, memor, confundebat tremebunda vestigia. Vocem magnitudo doloris suppresserat, tametsi infractum abjectumque animum ejus ipsum silentium loquebatur. Viso procul loco, ubi cremandum erat funus, in repentinam amentiam videbatur labi.

Ah Hippias! mi Hippias, exclamat. Non te videbo in posterum. Vixisti; et adhuc infelix Pherecides spiro. Crudelem me! vah tigridem, qui mortem te docuerim contemnere! Hos ego te crediderам clausurum oculos, hoc ab ore ultimos tracturum gemitus. Ecquid, heu! vitae meae adjicitis immites dii, testari ut de alumni mei

damit ich ein Zeuge seines Todes sey. Theurer Sohn, den ich pflegte, um den ich so viele Sorgen erlitt, nie werde ich dich wieder sehen! Aber ich werde deine Mutter wieder sehen, sie wird mir deinen Tod vorrücken, und vor Schmerz sterben! Auch deine junge Gattinn werde ich sehen; sie wird ihre Brust zerschlagen, sie wird sich die Haare ausraufen, und mein wird die Schuld seyn! Schatten meines Geliebten, rufe mich zu dir hinab an die Ufer des Styx! Verhaßt ist mir das Licht; nur dich will ich wieder sehen, mein Hippias; ich lebe nur noch, um deiner Asche den letzten Dienst zu erweisen.

Indessen wurde der Leichnahm des jungen Hippias herbey getragen. Er lag ausgestreckt auf einer Bahre, mit Purpur, Gold und Silber geschmückt. Der Tod, der seine Augen ihres Schimmers beraubt hatte, hatte dem Jüngling nicht seine ganze Schönheit rauben können; noch zeigte sein blasses Gesicht Spuren von Anmuth. Um seinen schneeweißen Hals, der sich gegen die Schultern bog, flatterten seine langen, schwarzen Haare, schöner als die Haare des Atis oder des Ganymed, die nun bald zu Asche werden sollten. In der Seite erblickte man die tiefe Wunde, aus der sein Blut geflossen war, und die ihn hinab in das dunkle Reich des Pluto gesendet hatte.

Traurig und niedergeschlagen ging Telemach hinter dem Leichnam einher, und bestreute ihn mit Blumen. Man langte bey dem Scheiterhaufen an, und neue Thränen entfielen den Augen des Sohnes des Ulysses, als er sah, wie die Flamme das Gewand ergriff, in welches der Körper gehüllt war. Lebe wohl, edler Hippias, sagte er, denn ich wage es nicht, dich Freund zu nennen. Zürne nicht, o Schatten! Rühmlich hast du deine Laufbahn vollendet. Ich würde dir dein Glück beneiden, wenn ich dich nicht liebte. Du bist frey von den Mühseligkeiten des Lebens, die uns noch umgeben, du entgingst ihnen auf rühmlichen Pfaden. Ach, wie glücklich wäre ich, könnte ich werden, wie du! Möge dein Geist unaufgehalten in die Wohnungen der Schatten eingehen! Mögen die Gefilde Elysiums sich vor ihm aufthun! Möge der Ruf deinen Nahmen in allen Jahrhunderten nennen, und deine Asche ruhen im Frieden!

fatis queam? Ah fili! tiro meus! cura mea! non te videbo in posterum. At videbo genitricem tuam, eheu! morituram, postquam egerit Pherecidem mortis tuae reum. At conjugem videbo tuam aetatis flore, palmis eheu! pectus suum, crines unguibus laceraturam suis. Atque iterum Pherecides mortis tuae agetur reus. Ad Stygem, ah! dilecti manes, ad Stygem me abstrahite! jam odi hanc vitalem lucem. Te, lux mea, Hippias, intuebor. Te, te, inquam, Hippias! Justa ut cineribus persolvam tuis, traho hanc adhuc invisam animam.

Ferebatur deinde corpus exstincti juvenis, exceptum feretro, quod regia opulentia adornabat. Multa alias Hippiadi venustas, nec, quibus juventus commendatur, ornamenta pauca; quae, tametsi caligine inducta in oculos, haud tamen ita mors valuit detrahere, ut eorum vestigia, dimidiam adhuc partem integra, pallentibus artubus non insiderent. Collum lacteum decore fluebat in laevam: capilli nigri, commode largeque descendentes, quales non in Aty, non in Ganymede laudarunt fabulae; nunc desituri in cineres. In latere conspicuum erat vulnus altius demissum adacto ferro, quod sanguinem ejus cum vita exhausit.

A funere proximus Telemachus ibat, squallidus, et demisso animo, floresque jactabat de more. Ventum erat ad ligna. Cumque cadaveri circumdatas vestes flamma licentius pervaderet, renovatis lacrimis: Vale, inquit, heros fortissime! fortissime, inquam; quoniam amicum te non ausim compellare. Quiesce adauctus tam insigni gloria. Invidus felicitati tuae sim, nisi benevolus tibi. Existi, quibus adhuc nos colluctamur, miseriis, et existi, si quis heroum alius, cum gloria. Quas ego deberem diis gratias, hunc si mihi finem? Bene sit manibus tuis, aeternitas nomini, quies cineribus!

Kaum hatte er diese Worte, unterbrochen von Seufzern, geendigt, als das ganze Heer in ein lautes Jammern ausbrach. Zärtliches Mitleiden gegen Hippias bewegte alle Herzen. Man erzählte sich seine ruhmvollen Thaten. Der Schmerz über seinen Tod verdrängte alles Andenken an seine Fehler, die er aus Jugendhitze, und durch schlechte Erziehung mißleitet, begangen hatte; man gedachte nur seiner Tugenden. Noch mehr aber wurde man über die zärtlichen Gesinnungen Telemach's gerührt. Ist dieß, sagte man, dieser junge, trotzige, übermüthige Grieche, der alles neben sich verachtete, alles von sich stieß? Wie sanft, wie menschlich, wie zärtlich ist er geworden! Ohne Zweifel ist auch er ein Liebling Minervens, wie sein Vater es war; ohne Zweifel ist sie es, die ihm diese Weisheit und dieses der Liebe so empfängliche Herz gab, die kostbarsten Geschenke, die die Götter den Menschen ertheilen können.

Schon hatte die Flamme den Körper verzehrt. Telemach besprengte selbst mit wohlriechenden Wassern die noch rauchende Asche; alsdann sammelte er sie in eine goldene Urne, mit Blumen bekränzt, und brachte diese Urne Phalanten. Dieser lag, mit vielen Wunden bedeckt, kraftlos auf dem Lager, und erblickte nicht ferne von sich die dunkeln Pforten des Todes.

Schon hatten Traumaphilus und Nosophugus, von dem Sohne des Ulysses an ihn abgesendet, ihm allen Beystand geleistet, den ihre Kunst ihnen an die Hand gab. Allmählig riefen Sie seine Seele zurück, die schon zu entfliehen bereit war. Er fühlte sich unvermerkt von einem neuen Lebensgeist gehoben; eine sanfte, unwiderstehliche Kraft drang erquickend durch alle seine Adern, bis in das Innerste seines Herzens; eine belebende Wärme verbreitete sich durch sein Wesen, und entriß ihn der kalten Hand des Todes. Aber kaum hatte er sich aus seiner Ohnmacht erhohlt, so erwachte der Schmerz. Jetzt begann er den Verlust seines Bruders zu fühlen, den er bis jetzt nicht hatte fühlen können. Ach! seufzte er, warum ruft man mich mit so viel Mühe ins Leben zurück? Wäre es mir nicht besser, ich folgte dem Hippias im Tode? Ich sah ihn neben mir hinsinken. O Hippias, Wonne meines Lebens, mein Bruder, mein trauten Bruder, du bist nicht mehr! So

Hos gemitus lamenta militum excepere. Moverat eos claritas exstincti principis. Omnes namque bonae dotes ejus, revocatae luctu, vitia, quae aetate et moderatorum indulgentia contraxerat, dolentium eximebant memoriae. Longe vero gravius maerore Telemachi afficiebantur, atque ipsi quaerebant inter se: Istene tam ferox, tam importunus, tam fastidiosus in omne genus hominum, tam efferus Graecus? Quam mites, commodos, faciles mores nunc praefert haec paulo ante intolerabilis arrogantia! Jam et ipse, opinamur, Minervae cordi est, et rivalis huic divae tantopere dilecto suo genitori. Ab ea jam accepit utique et caelestium donorum gemmam, sapientiam, et tenerrimum ad amicitias animum.

Jamque flammae cadaver absumserant, cum Telemachus ferventes adhuc cineres odoribus delibutos in urnam conjicit, et circumdatis floribus reliquias fraterni funeris defert ad Phalantem, qui et ipse multis vulneribus perfossus, totoque exporrectus corpore decumbebat, morti magis proximus, quam vicinus.

Telemachus Traumaphilum cum Nosophugo miserat, qui, quantum in ipsis opis artisque erat, adhibuerant. Revocabant a supremis labiis animam, paulatimque reparati vitales spiritus excitabant torpentem. Suavis quidam strenuusque vigor (balsamum vitae appellant) aliam atque aliam venam et cor ipsum pervadebat: lethale frigus expellebat membris calor jucunde subiens. Ceterum eodem puncto temporis deficientem erexit salubritas, et rursus oppressit tristitia. Fratris jacturam, quae tunc primum pervenire ad animum ejus poterat, dolere coepit: Eheu! ad quid tanta cura servandi mei? Praestat mori:

soll ich dich also nie wieder sehen, deine Stimme nie wieder hören, nie dich mehr in meine Arme schließen, dich nie mehr zum Vertrauten meines Kummers machen, und dich in dem deinigen trösten? Götter, wie feindlich seyd ihr gegen die Menschen gesinnt! Ist es möglich, daß Hippias auf immer für mich verloren ist? Aber vielleicht ist es nur ein Traum der mich ängstigt! — O, es ist nur allzu gewiß! Ich habe dich verloren, mein Hippias, ich sah dich sterben, und ich werde leben, bis du gerächt bist. Der grausame Adrast, mit deinem Blute bespritzt, falle unter meiner Hand, und werde deinem abgeschiedenen Geist zum Opfer gebracht!

Während Phalant dieß sprach, bemühten sich Traumaphilus und Nosophugus seinen Schmerz zu besänftigen, weil sie besorgten, sein Uebel möchte sich vermehren, und die Wirkung ihrer Heilmittel gehindert werden. Mit einmahl erblickte er Telemach, der zu ihm trat. Anfänglich wurde sein Herz von zwey entgegen gesetzten Empfindungen bestürmt. Noch fühlte er den Unwillen über das, was zwischen Telemach und seinem Bruder vorgefallen war, und der Schmerz über den Verlust des letztern schärfte seine Empfindungen; aber es konnte ihm auch nicht unbekannt seyn, daß er die Erhaltung seines Lebens Telemach zu danken habe, der ihn, blutend und halb entseelt, den Händen Adrasts entrissen hatte. Aber als er die goldene Urne erblickte, die die geliebte Asche seines Bruders verschloß, brach er in einen Strom von Thränen aus. Erst schloß er Telemach stillschweigend in seine Arme, alsdann sagte er mit matter, von tiefen Seufzern unterbrochener Stimme zu ihm:

Würdiger Sohn des Ulysses, deine Großmuth zwing mich, dich zu lieben. Dir danke ich den Rest des Lebens, das zu seinem Ende eilt, aber ich habe dir noch etwas zu danken, das mir weit schätzbarer ist. Ohne dich wäre der Körper meines Bruders ein Raub der Geyer geworden; ohne dich würde sein Schatten, des Begräbnisses beraubt, und stets von dem unerbittlichen Charon zurück gestoßen, kläglich an den Ufern des Styx umher irren. Warum muß ich dieß alles dem verdanken, den ich so sehr haßte? Lohnet ihn, o ihr

fratrem sequar, quem hisce oculis vidi a latere meo rapi ad manes. Fuisti, care, dulcis frater! Phalantes te dehinc non videre, non audire, non amplecti potero; non dolores meos narrare tibi, non solari tuos. O mortalibus semper infensi dii! Per vos occidit mihi et semper occidit Hippias. At fierine hoc potuit? Quid, si somnio? Ah! ambo vigilant testes oculi. Vixisti, Hippias! Morientem ipse vidi. Vivam ego, donec exstiterim vindex tui. Manibus tuis inferias latronem Adrastum dabo.

Hos Phalantis dolores medici identidem conabantur abrumpere; veriti, ne animi aegritudo, retusa vi medicaminis, augeret malum, cum Telemachus intrat. Quo conspecto Phalantis animus mox duabus, iisque diversis, affectionibus coepit vellicari. Obversabatur recenti memoriaeTelemachi cum fratre discordia, indeque ortus in animo acerbior sensus augebatur tristi Hippiadis desiderio. Sed neque ignorare poterat, fuisse Telemachum custodem salutis suae, cum ex Adrasti manibus cruentum et jam luctantem cum morte abstraxit. Ceterum ubi vas conspexit aureum, in quo fratris cineres Telemachus collocarat, solutus in uberrimos fletus, continuo amplexum obtulit juveni, diuque obluctatus silentio, tandem debili voce, et crebro interpolata gemitu:

Virtutem tuam quis oderit, magni Ulyssis non degener fili? Tibi hanc, quae restat, spiritus mei scintillam, difflandam brevi, debeo. Sed et aliud a te memini accepisse; et illud carum magis. Te sine cessisset corvorum pabulo Phalantis frater. Te sine exclusi tumulo, stygias ad ripas ejus oberrarent manes, duro Charonti frustra promittentes naulum. Odiis ergo meis tantam debebo gratiam? Vos ego, immortales dii, Telemacho everge-

Götter, und machet meinem unglücklichen Leben ein Ende! Und du, o Telemach, erweise auch mir die letzte Pflicht, wie du sie meinem Bruder erwiesen hast, damit dein Ruhm vollkommen werde.

Bey diesen Worten sank Phalant vom Schmerz überwältigt, erschöpft und ohnmächtig, dahin. Telemach blieb still neben ihm stehen, und erwartete, bis er sich wieder erhohlt hätte. Phalant kam bald wieder zu sich, nahm die Urne aus Telemach's Hand, küßte sie mehrmahls, benetzte sie mit seinen Thränen, und sagte: theure, kostbare Asche! wann wird auch die meinige in diese Urne gesammelt werden? O, Geist des Hippias, ich folge dir! Telemach wird uns beyde rächen.

Durch die Bemühung dieser zwey Männer, die in der Kunst Aeskulap's unterwiesen waren, minderte sich die Krankheit Phalants mit jedem Tage. Telemach und sie verließen den Kranken nicht, und er blieb bey ihnen, damit sie sich's desto mehr angelegen seyn ließen, die Genesung desselben zu befördern. Das ganze Heer bewunderte noch weit mehr die Herzensgüte, womit Telemach für seinen Feind sorgte, als die Tapferkeit und Klugheit, mit der er das Heer der Verbündeten am Tage der Schlacht gerettet hatte. Zu gleicher Zeit unterzog sich Telemach mit unermüdetem Eifer allen Beschwerlichkeiten, die ihm der Krieg auflegte. Er schlief wenig, und oft wurde sein Schlaf unterbrochen, so wohl durch die Berichte, die er zu allen Stunden des Tages und der Nacht erhielt, als durch die Besuche, die er in allen Theilen des Lagers vornahm. Diese Lagerbesuche stellte er nie zweymahl hinter einander zu derselben Stunde an, damit er diejenigen um so gewisser überraschen möchte, die nicht wachsam genug wären. Oft kehrte er, mit Schweiß und Staub bedeckt, in sein Zelt zurück. Seine Nahrung war einfach. Er lebte wie die gemeinen Krieger, um ihnen das Beyspiel der Mäßigkeit und der Geduld zu geben. Da es dem Heere auf diesem Lagerplatz an Nahrungsmitteln gebrach, so glaubte er am besten zu thun, wenn er sich gleiche Entbehrungen auflegte, um der Unzufriedenheit der Krieger Einhalt zu thun. Sein Körper, statt durch diese Anstrengungen geschwächt zu werden, wurde stär-

tas, animae meae, ah quam infelici! ab hoc corpore liberatores precor. Tu vero, Telemache, ne tuis apex desit laudibus, quo fratrem es dignatus, et mihi, quaeso, obsequium fac praestes.

Inter haec verba principis vires et animum impotens dolor exhauserat. Pone adstabat Telemachus. Vocem non reddidit, ratus, suspendendum sermonem, dum languor absceder‹e›t. Quo discusso Phalantes traditam ab juvene urnam frequenter osculatus, rigansque lacrimis: Cari, pretiosi cineres, inquit! ecqua meos vobis miscebit dies? Ecce vos nunc, fraterni manes, sequor! Erit nostri amborum vindex Telemachus.

Interea Lacedaemonii valetudo in dies emendabatur senum illorum opera, qui divinam Aesculapii artem callebant. Sed et Telemachus assidue praesto erat decumbenti, ut praesentia sua cumularet medentium industriam. Longe mirabilior visa militibus haec inimico subvenientis Telemachi benignitas, quam virtus omnis sapientiaque in praelio servantis sociorum exercitum. Ille porro nec difficillimos belli labores umquam aversabatur. Somnum modicum capiebat, incisum aut interventu diurnis nocturnisque horis singulis referentium, quae videbantur opus; aut accuratissima inspectione stationum, quarum nullam duabus continuis vicibus eadem obibat hora, ut de improviso occuparentur, qui indormirent stationibus. Saepius e castris sudore ac pulvere redibat offusus. Cibi erant minime exquisiti. Ne sobrietatis et patientiae exemplum desiderarent gregarii, victitabat eorum ex more. Cumque laboraret commeatu exercitus, ad inhibendas querelas militum eamdem inopiam sibi duxit subeundam. Hi vero labores tantum abest, ut corpus ejus debilitarent, ut quotidiano roboris incremento firmatum sensim ad illos occalluerit. Exspirabat pedetentim in eo de-

ker, und härtete sich mit jedem Tage mehr ab. Die zarten Reitze, diese Blüthe der Jugend, begannen aus seinem Gesicht zu verschwinden. Seine Haut bräunte sich, und verlor ihre Zartheit, seine weichen Glieder erstarkten.

licata illa gratia, quam natura annorum initiis amat impertiri. Innoxiam formae licentiam, adhuc diffusam vultu, castigare coeperant tenuiores umbrae, et commasculare frontem. Expulsaque adolescentis aetatis mollitudine artus virilis sensim vigor intrabat.

XVIII. Buch.

Nach der Schlacht, in der Adrast einen beträchtlichen Verlust erlitten hatte, zog er sich mit seinem Kriegsheer hinter den Berg Aulon zurück, um Hülfsvölker an sich zu ziehen, und Anstalten zu einem neuen Ueberfall seiner Feinde zu machen. Gleich einem ausgehungerten Löwen, der, von einem Schafstall abgetrieben, sich wieder in die dunkelen Wälder zurück schleicht, und in seine Höhle kriecht, wo er sich Zähne und Klauen wetzt, und den günstigen Augenblick erwartet, die Heerden zu erwürgen.

Nachdem Telemach sich hatte angelegen seyn lassen, eine genaue Kriegszucht in dem Lager einzuführen, richtete er jetzt seine Gedanken allein auf die Ausführung eines Vorhabens, das er gefaßt hatte, aber vor allen Führern geheim hielt. Schon geraume Zeit wurde er jegliche Nacht durch Träume beunruhigt, in denen ihm sein Vater Ulysses erschien. Dieses theure Bild kehrte immer wieder gegen das Ende der Nacht zurück, ehe Aurora herauf steigt, mit ihren jungen Strahlen die wandelnden Sterne vom Himmel und von der Erde den süßen Schlummer, sammt seinen Begleitern, den flüchtigen Träumen zu verscheuchen. Jetzt däucht' es ihm, er sehe seinen Vater nackend auf einer beglückten Insel am Ufer eines Flusses auf einer blumigen Wiese, von Nymphen umgeben, die ihm Kleider zuwürfen, um sich zu bedecken; jetzt wähnt' er, er höre seine Stimme in einem von Gold und Elfenbein schimmernden Pallaste, in einer Gesellschaft blumenbekränzter Menschen, die ihm mit Vergnügen und Bewunderung zuhörten. Oft erschien er ihm auf einmahl bey einem Gastmahl, wo Fröhlichkeit unter den Lustbarkeiten herrschte, und eine süße, melodische Stimme, lieblicher als die Stimme der Mu-

LIBER XVIII.

Adrastus cum attenuatis praelio copiis post Aulonem montem recesserat, auxilia opperiens, quibuscum in hostem alteris insidiis erumperet. Non impar ergo leoni erat, qui frustrata fame rejectus ab ovili, revertitur in nemora, redditusque, quibus assuevit, latebris, dentes atque ungues exacuit, instrumenta futurae gregum, si tempus faveat, internecionis.

At Telemachus, quantum par erat, accurata in castris disciplina, omissis omnibus, tota animi contentione statuit, quae nullo vel auctore vel conscio proposuerat, efficere. Diu erat, cum eum noctu agitabant per somnum species, dormienti excitatas genitoris desiderio. Imago illius fere redibat sub extremam vigiliam, cum nondum stellarum errores caelo, nec plenum nocturnis imaginibus soporem orbe initia aurorae extruderent. Videbatur nunc ipsi Ulysses, depositis vestibus, in prato fortunatae insulae, qua rivulum transmittit, versari, utrique ripae affusis Nymphis, et offerentibus vestes, quae beatos manes decent; nunc cum voluptate et admiratione audiri in palatio, auro eboreque splendido, a turba floribus coronatorum hominum; nunc celebrare epulas, insigni inter lautitiam gaudio, humanaque voce et lyra faciente

sen, in eine Leyer sang, die die Leyer Apolls an Wohllaut übertraf.

Telemach's Herz versank immer beym Erwachen aus diesen Träumen in Wehmuth. O, mein Vater, rief er, Ulysses, mein geliebter Vater! Warum erschienen mir nicht eher die furchtbarsten Träume? Diese Bilder der Glückseligkeit verkünden mir, daß du schon zu den Wohnungen jener seligen Geister hinab gestiegen bist, deren Tugend die Götter mit ewiger Ruhe belohnen. Schon däucht mir, ich sehe die elysischen Gefilde. Wie schrecklich, der Hoffnung entsagen zu müssen! Soll ich dich denn nie wieder sehen, mein theurer Vater, nie denjenigen wieder in meine Arme schließen, der mich so zärtlich liebte, den ich mit so ängstlicher Erwartung suche? Werde ich nie diesen Mund mehr reden hören, dem nur Weisheit entfloß? Nie diese Hände mehr küssen, diese theuren siegreichen Hände, die so manchen Feind niedergestürzt haben? Sie werden also nie die verwegenen Freyer Penelopens bestrafen, und Ithaka wird sich nie wieder von seinem Verfall erhohlen? —

Meinem Herzen jede Hoffnung zu entreißen, sendet ihr mir diese traurigen Träume, o ihr Götter, Hässer meines Vaters. Mit der Hoffnung raubt ihr mir zugleich das Leben. Wie könnte ich es länger in dieser Ungewißheit aushalten? Aber was sage ich? — Ach, nur zu gewiß bin ich, daß Ulysses nicht mehr ist! So will ich denn seinen Schatten in der Unterwelt aufsuchen. Auch Theseus gelang es, ins Schattenreich einzugehen, Theseus, diesem Ruchlosen, der den Göttern des Orkus trotzte, und mich leitet nur kindliche Liebe. Auch Herkules betrat diese Bahn. Ich bin nicht Herkules, aber es ist rühmlich seinen Muth nachzuahmen. Vermochte doch Orpheus durch die Erzählung seiner Leiden das Herz jenes Gottes zu rühren, den die Menschen unerbittlich nennen, daß er Euridicen vergönnte, unter die Lebenden zurück zu kehren. Verdiene ich nicht mehr Mitleiden als Orpheus? Habe ich nicht mehr verloren? Wer wagt es, ein Mädchen, so vielen andern ähnlich, dem weisen Ulysses zu vergleichen, den ganz Griechenland bewundert? Wohlan! und wenn es auch das Leben gälte! Warum sollte ein Unglücklicher, wie ich, den Tod fürchten? Bald, o Pluto, o Pro-

concentum, cujus suavitatem Apollo cum Musis suis frustra aemuletur.

Somniis adeo jucundis plerumque tristitia successit experrecti Telemachi. Quam me, dilecte genitor, exclamat, prae his delectent amplius immanissimae per quietem imagines! Haec simulacra fortunatae sortis quid mihi loquuntur, nisi tuum ad fortunatas illas mentes transitum, quarum virtus aeterno circumfluit otio? Elysias sedes intueor. Quid ambigo? privari futurorum spe tota quam miserum! Ergone ultimum te vidi genitor? Numquam ego Ulyssen his brachiis, Ulyssen adeo amantem mei, exquisitum mille itineribus? Aeternum tacere mihi os tantae sapientiae? Numquam osculari tam dilectas, tam victrices, et, quod sperabam, Penelopen ulturas manus? Ergone perpetuabitur Ithacae illata vastitas?

Vos, infensa genitori meo numina! vos tam implacida imagine noctes meas confunditis, ne lux ulla mihi quid ferat spei. Sic autem occiditis Telemachum. Jugulant me incertae spes. Incertae autem? Imo Ulysses vixit. Certius hoc, quam vivere miserrimum filium. Ibo requiram manes ejus ab inferis. Audeo, quod infernorum numinum contemtor Theseus. At me ducet ad inferos adversus genitorem pietas. Audeo, quod et Hercules. Esto, plurimum eo esse me leviorem; cum laude sequar tamen, quam ille trivit, viam. Movit inexorabile Stygis numen audita Orphei calamitas; remissa ad vivos Eurydice. Quis calamitosior Telemacho? Quae praeter meam jactura acerbior, nisi puellam aliquam quotidianae formae summo totius Graeciae Ulyssi comparaverim? Age! moriamur, si ita. Quid enim ad miseram vitam terroris mors habet? Experiar, et quamprimum, tuumne

serpina! bald werde ich erfahren, ob ihr die Unerbittlichen seyd, die man euch nennt. O, mein Vater, nachdem ich lange vergebens Länder und Meere durchirrte, um dich wieder zu finden, will ich jetzt sehen, ob du vielleicht die dunkle Behausung der Todten bewohnest. Wenn die Götter mir nicht vergönnen, dich auf der Erde zu besitzen, und dich im Lichte der Sonne zu schauen, so werden sie mir vielleicht die Bitte nicht weigern, wenigstens deinen Schatten in dem Reiche der Nacht zu erblicken.

Indem er diese Worte sagte, benetzte er sein Bett mit Thränen. Dann erhob er sich von seinem Lager, um durch den Anblick des Lichts seinem beängstigten Geist einige Erleichterung zu verschaffen. Aber sein Schmerz war ein Pfeil, der ihm das Herz durchdrungen hatte, und den er überall mit sich trug. In diesen quälenden Zustand beschloß er, durch einen berüchtigten Ort, der nicht fern vom Lager war, in die Unterwelt hinab zu steigen. Dieser Ort wurde Acheruntia genannt, denn dort war eine furchtbare Höhle, durch die man zu den Ufern des Acheron gelangte, dieses Flusses, bey welchem zu schwören, sich die Götter selbst scheuen. Die Stadt war auf einem Felsen erbaut; sie schwebte in der Höhe, wie das Nest eines Vogels auf dem Gipfel eines Baumes. Am Fuß dieses Felsen befand sich die Höhle. Die bangen Sterblichen wagten es nicht, sich ihr zu nahen, und sorgsam entfernten die Hirten ihre Heerden von ihr. Ein Schwefeldampf stieg unaufhörlich durch diese Oeffnung vom stygischem Sumpf empor, und vergiftete die Luft. Rings um sie her wuchs weder Gras noch Blumen. Hier wehte kein sanfter Zephyr, kein Frühling entfaltete seine zarten Blüthen, und nie sah man hier die reichen Gaben des Herbstes. Die ausgetrocknete Erde schmachtete. Höchstens erblickte man hier und da entblätterte Gesträuche und traurige Cypressen. Weit umher versagte der Boden dem Landmann die goldenen Früchte der Ceres. Vergebens hoffte man hier, sich der süßen Geschenke des Bacchus zu erfreuen. Die Trauben vertrockneten, ehe sie reiften. Die traurenden Najaden ergoßen nur trübe und bittere Quellen; kein süßes Wasser entströmte ihren Urnen. In dieser von Dornen und wilden Gesträuch starrenden Wildniß hör-

sit, seu Pluto, seu Proserpina, implacabile, ut criminantur, numen. Post inutiles terra marique errores, in quos reperiundi spes tui me dedit, genitor, te superest umbras inter ut exquiram. Videndum nescio an non patria umbrarum dabit, per superos quem in his terris negat solis lumen.

Rigabant inter hos gemitus lectum profluentes lacrimae. Subitoque se proripiens cubitu, quaerebat usu oriturae lucis nocturnum dolorem abstergere. Verum erat is letalis arundo, quem inhaerentem pectori moliri non valebat. Victus ergo tantis malis, constituit ad inferos descendere. Celebris locus erat haud procul a castris, cui Acherontia nomen, permittente descensum horribili specu ad ipsas ripas Acherontis (fluvius est apud inferos, nec a diis, cum jurant, nominandus). Urbs perinde, atque arboreo cacumini nidus, summae petrae insidebat; ad cujus pedem horrendum dehiscens tellus aditum aperiebat ad manes, adhuc exemtum ab humano vestigio, quoniam mortalium neminem eo admittebat metus. Neque alia major erat pastorum cura, quam inde arcendi pecus. Vapores sulphurei e stygia palude per os antri pestem continenter afflabant aeri. Circum nec flores nec gramina gignebantur. Favonii, ver, autumnus peregrina hic loci nomina. Nudi frutices et cypressi tegebant emorientem terram. Longe lateque frugibus ineptum solum. Vites, quasi paeniteret edidisse, nondum adultos racemos exstinguebant subtracto succo. Rivi numquam perennes, numquam ad potum. Nec aves, quae delectarent cantu, alebat regio; quippe et spinis impedita, nec ad eas occulendas

te man nie den Gesang der Vögel; kein Gebüsch nahm sie in seine Schatten auf; eilends entflogen sie, um ihre Liebe unter einem mildern Himmel zu singen. Keinen andern Laut vernahm man hier, als das Gekrächz der Raben und die traurige Stimme der Nachteule. Das Gras selbst war bitter, und die Herden, die sich davon nährten, wandelten traurig einher. Die Stiere flohen die Kühe, und der muthlose Hirt vergaß seiner Pfeife und Flöte.

Ein dicker, schwarzer Rauch entstieg von Zeit zu Zeit der Höhle, und verdunkelte die Luft mitten am Tage. Alsdann brachten die Bewohner dieser Gegenden häufigere Opfer, um die unterirdischen Götter zu versöhnen. Aber oft waren es nur Menschen in der Blüthe des Lebens, die diese grausamen Götter zum Opfer verlangten, und die sie durch eine verderbliche Seuche hinweg rafften.

Hier beschloß Telemach den Weg zur dunkeln Behausung des Pluto zu suchen. Minerva, die stets über ihn wachte, und ihn mit ihrer Aegide bedeckte, hatte den Pluto für ihn gewonnen. Jupiter selbst hatte, auf Minervens Bitte, den Merkur, der jeden Tag zur Unterwelt hinab steigt, um dem Charon eine gewisse Anzahl von Todten zu überliefern, abgesendet, dem König der Schatten zu befehlen, daß er dem Sohne des Ulysses den Eingang in sein Reich gestatten sollte.

Telemach verließ bey nächtlicher Weile das Lager. Er wandelte im Scheine des Mondes. Er flehte zu jener mächtigen Gottheit, die am Himmel als das glänzende Gestirn der Nacht erscheint, auf der Erde die keusche Diana, und in der Unterwelt die furchtbare Hekate genannt wird. Die Götter erhörten sein Gebeth, denn er war reines Herzens, und ihn trieb die Pflicht des Sohnes, fromme Liebe zu seinem Vater.

Kaum hatte er sich dem Eingang der Höhle genähert, als ihm ein dumpfes Brausen aus der Unterwelt entgegen scholl. Die Erde bebte unter seinen Füßen. Leuchtende Blitze schossen durch den Himmel, und schienen zur Erde herab zu fahren. Banges Entsetzen ergriff den Sohn des Ulysses. Ein kalter Schweiß bedeckte seinen Körper; aber sein Muth verließ ihn nicht. Er hob Augen und Hände gegen Himmel, und rief

fruticata humus; unde praeteribant hunc locum, amores suos melioribus terris imperriturae cantu. Hic vero praeter corvorum inconditas voces et noctuarum lugubres planctus nihil erat audire. Ipsis adeo graminibus dulci adversus sapor erat; neque greges, qui iis vescebantur, tentabat, qua alias ad jucundos saltus incitantur, lascivia. Palabantur mutuo inter se fastidio, reconditaque tibia aptis ad ciendos sonos utribus incubabat afflictus pastor.

Ex hac specu per intervalla evolutus fumus densam nocturnaque non leviorem caliginem ingerebat luci. Tum vero hostiae ingeminabantur a vicinis populis, cumulataeque victimae ad placandos inferorum praesides; tametsi plerumque juventutis florem inferias dabat infelix lues, et oblectationem saevientibus e specu diis.

Hac igitur ad Plutonis regiam penetrare juvenis decrevit. Minerva, diligentissima custos salutis ejus et maximum objecta semper Aegide sua praesidium, illi gratiam inferni numinis praeparaverat. Ad haec imperatum a Jove Plutoni, in regnum suum admitteret Ulyssis filium, perferente id mandati Mercurio, qui diebus singulis certum animarum numerum traducit ad Stygem.

Clam ergo ex castris digreditur Telemachus noctis auxilio. Sublustris haec erat a luna, cujus ille sibi propitiabat numen; quod caelis fulgens sidus, in terris Diana, in inferis Hecate est. Facile preces ipsius admissae a dea: quippe et naevo carebat insons animus, et ducem pietatem, quam parentibus filii debent, sequebatur.

Venerat ad antri ingressum, cum mugitus et fremitus subterranei regni coepit exaudire. Tentabat euntis vestigia concussa tremore tellus: fulgura coruscabant caelo ignesque, minitantes in terram lapsum. Quatiebatur horrore Telemachus: gelidus sudor totum corpus offuderat. Constitit tamen virtus sibi. Oculis manibusque

aus: mächtige Götter, ich halte diese Zeichen, die ihr mir sendet, für glückweissagend, vollendet euer Werk! Er sprach's, verdoppelte seine Schritte, und betrat muthig den Eingang.

Sogleich zerfloß der dicke Rauch, der den Eingang der Höhle allen Thieren, die sich ihm nahten, verderblich machte, und der Pest bringende Geruch hörte auf kurze Zeit auf. Telemach trat allein in die Höhle, denn welcher andere Sterbliche hätte es gewagt, ihm zu folgen? Zwey Kreter, welche ihn bis zu einer gewissen Entfernung von der Höhle begleitet, und denen er sein Vorhaben anvertraut hatte, blieben weit von derselben zitternd und halb todt in einem Tempel, brachten Gelübde dar, und hofften nicht, Telemach je wieder zu sehen.

Indessen dringt der Sohn des Ulysses mit entblößtem Schwert immer weiter in dem furchtbaren Dunkel vorwärts. Nicht lange, so leuchtete ihm ein schwacher, düsterer Schimmer entgegen, wie man ihn bey Nacht auf der Erde sieht. Jetzt erblickt er die leichten Gestalten der Todten, die ihn von allen Seiten umschweben. Er zerstreut sie mit seinem Schwert. Alsdann entdeckt er die traurigen Ufer jenes schlammigen Flusses, dessen trübe und stille Wasser sich immerfort im Kreise drehen. Scharen von Todten, des Begräbnisses beraubt, bedeckten diese Ufer, und flehten vergebens zu dem unerbittlichen Charon. Dieser Gott, vom ewigem Alter belastet, mürrisch und finster, aber voll rastloser Thätigkeit, bedrohte sie, stößt sie zurück, aber den jungen Griechen nimmt er sogleich in seinen Nachen auf. Kaum war Telemach in denselben getreten, als das Wehklagen einer trostlosen Seele in sein Ohr drang.

Er sprach zu dem Schatten: welches Leiden drückt dich, und wer warst du auf der Erde? Und die Gestalt antwortete ihm: ich war Nabopharzan, König des stolzen Babylon. Bey meinem bloßen Nahmen zitterten alle Völker des Morgenlandes. Auf meinen Befehl erwiesen mir die Babylonier in einem Tempel von Marmor göttliche Ehre, und opferten Tag und Nacht vor meiner Bildsäule das auserlesenste Rauchwerk Aethiopiens. Niemand wagte es je mir zu wi-

elatis sursum: Accepto, dii, inquit, haec signa, atque faustum ex iis omen praecipio. Eia! quae coepistis, perficite. Inter haec verba festinato gradu ante fauces tenebrosi specoris intrepidus substitit.

Protinus diffissa caligo est, quae alias eo appropinquans pecus perimit. Permittebat ad tempus liberum spiritum pestilens foetor. Intrat Telemachus nullo comite. Et vero eadem mortalium quis ausit? Duobus Cretensibus aperuerat, quae constituit animo; hi autem ad certum duntaxat intervallum a specu euntem prosecuti, in templo quodam substitere, trepidi atque exanimes et nuncupantes vota etsi sine spe reversuri Telemachi.

At ille horrorem tenebrarum ingressus interea strinxerat gladium. Tenuissima lux, liquidiori nocti fere similis, leniter circumvolantes umbras ostendit, quas ille amovebat ferro. Tum lugubres paludis verius, quam fluminis ripas aspexit. Torpebant putres aquae; coenoque impediente cursum, non fluebant labentes, sed volutabantur versantes se se. Occupabat crepidinem defunctorum innumerabilis multitudo, qui nondum affecti sepultura Charontis cymbae frustra obversabantur. Minis quippe abacti rejectique a tam difficili semper et moroso, quam vegeto sene. Contra in navem receptus juvenis. Vixque ingressi aures lamenta obruerunt desperantis animae.

Sciscitabatur ab illa caussam tantorum luctuum, et quae ei inter vivos fuisset conditio? Nabopharzanes eram, illa inquit, rex magnae Babylonis. Concutiebat orientem vel solum, quod gerebam, nomen. Ex marmore surgebat aedes, in qua et adorabar a Babylone, et imagini meae litabat, assidue incensa, odorum ferax Aethiopia. Oblo-quendi mihi nemini data facultas, nemini concessa impu-

versprechen, ohne sogleich die Strafe seiner Vermessenheit zu büßen. Jeden Tag wurden neue Ergötzlichkeiten erfunden, um mir das Leben angenehm zu machen. Ich war noch jung und in meiner vollen Kraft. Ach, wie manche Freuden hätte ich noch auf dem Throne schmecken können! Aber ein Weib, das die Liebe nicht erwiederte, die ich für sie fühlte, benahm mir den Wahn, daß ich ein Gott sey. Sie vergiftete mich, und nun ist alle meine Herrlichkeit zu Ende. Mit großem Gepräng sammelte man gestern meine Asche in eine goldene Urne. Man vergoß Thränen; man riß sich die Haare aus; man trieb die Verstellung so weit, sich in die Flammen meines Scheiterhaufens stürzen, und mit mir sterben zu wollen, und noch seufzt man am Fuße des prächtigen Grabmahls, wo sie meine Asche hingelegt haben. Aber niemand ist der meinen Verlust von Herzen bedaure; selbst die Meinigen verabscheuen mein Andenken, und schon erdulde ich hienieden schreckliche Qualen.

Telemach, von diesem Anblick gerührt, fragte ihn: warst du denn auch in der That glücklich, so lange du auf dem Thron saßest? Empfandest du jene süße Ruhe der Seele, ohne welche das Herz auch mitten unter den Ergötzlichkeiten beklemmt ist, und schmachtet? Nein, antwortete der Babylonier, ja, ich verstehe nicht einmahl den Sinn deiner Worte. Die Weisen rühmen diese Seelenruhe, als das höchste Gut, ich selbst aber habe sie nie gefühlt. Mein Herz wurde unaufhörlich von neuen Begierden, von Furcht und Hoffnung umhergetrieben. Ich suchte meine Seele durch heftige Bewegungen zu betäuben, und sie in einem fortwährenden Taumel zu erhalten. Selbst der kürzeste Augenblick von ruhigem Nachdenken würde allzu schmerzlich für mich gewesen seyn. Dieß ist die Ruhe, der ich im Leben genoß; jede andere schien mir ein Traum, ein Mährchen, und dieß sind die Güter, deren Verlust ich beklage.

Als der Babylonier dieß sagte, weinte er gleich einem weibischen Menschen, den das Unglück entnervt hat, und der nicht gewohnt ist, ein Unglück mit Seelenstärke zu ertragen. Einige seiner Sklaven umgaben ihn. Sie waren getödtet worden, sein Leichenbegängniß

nitas. Obtulere dies singuli novos voluptatum architectos atque artifices. Flos aetatis et vigor juventutis meae quot annorum suffecturus erat coronatae felicitati; nisi uxor docuisset, se nupsisse homini! quippe amantem redamare non modo recusavit, sed et veneno sustulit. Fui. Auream in urnam lux hesterna cineres meos congessit cum pompa. Fusae lacrimae: vellicati crines: universum imperium videbatur cum rege periturum eodem rogo. Quin adhuc adspirantur luctus ad calcem illustris monumenti, cui regii cadaveris traditae reliquiae. At desiderio mei affligitur nemo; nemo putat sibi aliquid obitu meo, etsi regis, decessisse. Quin abominatur ibi memoriam meam etiam regalis domus: hic vero miserrimis jam poenis initior.

Tactus hoc spectaculo juvenis, rogat: Verene beatus vixisset in imperio? Illine adfuisset jucunda tranquillitas et dulcis quies, qua sine vel inter delicias male est animo? Negabat Babylonius nosse, quid vellet hoc verbi, quod diceret juvenis. Et sapientibus quidem, inquit, summum bonum in tranquillitate reponitur; ego vero illam nec sensi umquam. Impellebat ambiguum alia ex alia cupiditas, metus, fiducia. Affectionum ambitioso obsequio obtundebam rationem, perstudiose adnixus, ne umquam repararet se sibi. Sani consilii nec umbram tuli. Haec illa quies, haec mea tranquillitas; alia frui non nisi neminem putabam. Haec illa fuere bona, quorum jactura hos mihi nunc gemitus.

Obruebatur os ita loquentis fletu, qualem effeminati fundunt muliebriterque timidi, qui ex sortis indulgentia ad adversa imparem animum afferunt. Circa regem erant mancipia, regiis manibus inferiae data. Ea Mercu-

niß zu verherrlichen. Merkur hatte sie dem Charon nebst ihrem König überliefert, und ihnen eine unumschränkte Macht über den gegeben, dem sie auf Erden gedient hatten. Die Seelen dieser Sklaven fürchteten nun nicht mehr den Schatten des Nabopharzan. Sie schleppten ihn an Ketten, und ließen ihn die grausamsten Mißhandlungen erfahren. Einer dieser Sklaven sagte zu ihm: waren wir nicht Menschen, wie du? Wie konntest du denn wahnsinnig genug seyn, dich für einen Gott zu halten? Hättest du dich nicht erinnern sollen, daß du mit andern Menschen gleiches Ursprungs seyest? Wohl hattest du Recht, zu verlangen, sagte ein anderer, daß man dich für etwas anderes, als einen Menschen halten sollte, denn du warst ein Ungeheuer und besaßest keine Menschlichkeit. Ein dritter begann: wo sind sie jetzt, deine Schmeichler? Du hast nichts mehr zu geben, Unglücklicher, du kannst nicht mehr schaden, du bist der Sklave deiner eigenen Sklaven geworden. Langsam naht sich die Rache der Götter, aber endlich erreicht sie den Schuldigen.

Bey Anhörung dieser harten Worte warf sich Nabopharzan mit dem Gesichte zur Erde, und raufte sich, von Wuth und Verzweiflung ergriffen, die Haare aus. Aber Charon rief den Sklaven zu: Ergreift ihn an seinen Ketten, reißt ihn an denselben wider seinen Willen auf. Er soll nicht einmahl den Trost haben seine Schande zu verbergen; alle Geister der Unterwelt sollen Zeugen derselben seyn, damit die Götter gerechtfertigt werden, die zugaben, daß dieser Ruchlose so lange auf der Erde regierte. Und dieß ist nur erst der Anfang deiner Qualen, o Babylonier; noch wartet deiner das unerbitterliche Gericht des Minos, des Richters der Unterwelt.

Während Charon diese fürchterlichen Worte sprach, hatte der Nachen schon das Gestade des Reichs des Pluto erreicht. Alle Schatten eilten herbey, diesen Lebenden zu sehen, der sich mitten unter Todten in dem Nachen befand. Aber schnell entflohen sie, als Telemach ans Land stieg, den nächtlichen Schatten ähnlich, die ein schwacher Schimmer des Tageslichts zerstreut. Mit minder wilden Blicken und minder finsterm Gesichte, als er sonst zeigte, sprach Charon zu dem

rius simul cum rege Charonti tradiderat, facta potestate in illum, cui servierant. Itaque illa jam non metuere, non adorare; sed illigatum vinculis afficere ludibriis, quae nec tolerarent vilissimi. Oggerere quidam: prae ipsisne fuisset homo? Divinos honores quam is affectasset stolido consilio, cui fuerit recordandum, et se humano duntaxat proseminatum ab genere. Sapienter tu quidem, insultabat alius, te mortalium excerpebas numero, monstrum scilicet eras, non homo. Alius haud paulo amarior. Age! aurium tuarum mancipia ostende: assentatorum manipulos exhibe. Scilicet miser non habes, in hos quod dispergas in posterum. Hui tanti regis potentiam, quae suis jam famulatur mancipiis! En! quam lento gradu ad vindictam sui deorum procedat indignatio, et procedit tamen.

Haec tota stomachi contentione debacchantibus servis, rex pronus corruere in terram, furere, desperare, ambabus manibus crinem incessere. At Charon increpabat mancipia: Quin vinculis tractum, et renitentem humo sustollite. Indignus est, cui suum fas sit recondere dedecus. Quotquot in inferis manes, id videant, ne deorum accusari possit patientia, huic impietati in terris permittentium regalem potentiam. Quid palpitas, miser, ad haec dolorum tuorum praeludia? Actutum fulminabit te rigidi Minois numquam mutanda sententia.

Nondum Charon finierat terribiles voces, cum Plutonii regni crepidines navicula tetigit. Concursabant manes, avidi vivum hominem cognoscendi, quem inter defunctos advenas conspicabantur. At simul Telemachus e cymba egressus, simul illi, velut ad tenuissimum lucis initium nocturnae umbrae, dilapsi sunt. Tum Charon

jungen Griechen: eile, von den Göttern geliebter Sterblicher, dem es vergönnt ist, das jedem Lebenden unzugängliche Reich der Nacht zu betreten, eile, wohin dich deine Bestimmung ruft. Geh auf diesem dunkeln Pfade zum Pallaste des Pluto. Du wirst ihn auf seinem Throne sitzend finden, und er wird dir gestatten, in jene Oerter einzugehen, deren Verborgenheit dir zu enthüllen, mir nicht erlaubt ist.

Sogleich eilte Telemach mit großen Schritten vorwärts. Von allen Seiten schwebten die Schatten um ihn, zahlreicher, als der Sand, der die Ufer des Meeres bedeckt. Ein heiliger Schauer faßte sein Herz, als er durch das tiefe Schweigen dieser unermeßlichen Räume wandelte, in welchen sich diese zahllosen Gestalten rastlos hin und her bewegten. Seine Haare sträubten sich, als er den nächtlichen Aufenthalt des unerbittlichen Pluto betrat, seine Knie wankten, die Stimme verließ ihn, und kaum vermochte er diese Worte hervor zu bringen: Du siehest, furchtbarer Gott den Sohn des unglücklichen Ulysses; er kommt, nach seinem Vater zu forschen, und zu erfahren, ob er schon in dein Reich herab gestiegen ist, oder ob er noch auf der Erde umher irrt.

Pluto saß auf einem Thron von Ebenholz; sein Gesicht war blaß und ernsthaft; seine hohlen Augen schoßen feurige Blicke; seine runzelige Stirn drohte Verderben. Der Anblick eines Lebenden war ihm verhaßt, er scheute ihn, wie die Thiere, die ihre Höhlen nur bey nächtlicher Weile verlassen, den Anblick des Lichts scheuen. Im zur Seite saß Proserpina, die allein seine Blicke auf sich zog, und ihm sanftere Empfindungen einzuflößen schien. Nie verwelkende Schönheit blühte auf ihrem Gesicht, doch schien der Ernst ihres Gemahls ihren himmlischen Reitzen etwas Düsteres und Unfreundliches mitgetheilt zu haben.

Am Fuße des Thrones saß der blasse, alles verschlingende Tod mit seiner schneidenden Sense, die er unaufhörlich wetzte. Um ihn flatterten die schwarzen Sorgen, das quälende Mißtrauen, die schmutzige, blutbefleckte, mit Wunden bedeckte Rache, der ungerechte Haß, der Geitz, der an sich selbst nagt, die Verzweiflung, die sich mit eigenen Händen zerfleischt;

paullum liquidiori fronte, oculisque revocatis a moroso, quod amant, fastidio: Per superos, quibus es curae, licet, mortalis, tibi subire viventibus interdictum noctis imperium. Quo igitur te fata trahunt, propera. Per haec opaca ad Plutonem est iter, quem conspicies sublimem solio. Pandet ille locos tibi; quorum arcana fas non est hoc ex ore cognoscere.

Magnis ergo passibus se agere juvenis. Oggerebatur conspectui ejus par maritimis arenis multitudo undequaque et sublime meantium animarum, quibus praeter ordinem agitatis et confundentibus semet incerto motu, divinum se intrare horrorem sensit, adjutum utique alto tam vastis in locis silentio. Cum vero jam proximus esset diversorio inclementis dei, surrigebantur capilli: vacillabat incertum genu: luctabatur intercepta vox, ad haec tantum verba, nec sine conatu, sufficiens: En! terribile numen, infausti Ulyssis filium. Adest quaesitum abs te, tuone in imperio, an adhuc inter vivos sit genitor?

Erat ex ebeno solium, in quo Pluto considebat. Os pallidum et ex severitate acerbum. Imminebat scintillantibus oculis frons multa et contracta in minas. Aspectum viventis adhuc hominis haud abhorrebat levius, quam lucem de die latebris assueta animalia. Proserpina tegebat alterum ejus latus. Hanc ille unam est intuitus, visusque inde non nihil asperitatis dimittere animo. Et in ipsa quidem diva perseverabat perpetim renascentis formae prodigium: quamquam difficile et immane quid divinis moribus ex mariti societate videbatur accessisse.

Reclinabat ad infima solii mors, pallore terribilis, falcemque exacuens in futuras strages. Pone grassabantur lucis expertes curae: immania sibi fingens suspicio: cruore satiata obsitaque vulneribus ulciscendi cupiditas: aequo alienum odium, suique carnifex opum esuries;

der rasende, alles zertrümmernde Ehrgeitz, die Verrätherey, die nach Blut lechzt, aber des Unglücks nie froh wird, das sie anrichtet, der Neid, der sein tödliches Gift um sich her spritzt, und, in der vergeblichen Anstrengung zu schaden, zur Wuth wird, die Gottlosigkeit, die sich selbst einen tiefen Abgrund gräbt, in den sie sich verzweifelnd hinab stürzt, die scheußlichen Gespenster, die trieglichen Erscheinungen der Todten, die die Lebenden schrecken, die fürchterlichen Träume und jene schlaflosen, nächtlichen Stunden, nicht minder peinlich, als die schrecklichsten Träume. Alle diese traurigen Bilder umgaben den furchtbaren Pluto, und erfüllten seinen Pallast. Mit dumpfer Stimme, die die Abgründe des Erebus widerhallte, antwortete er dem Telemach:

Junger Sterblicher, das Verhängniß hat dir vergönnt, diese geheiligte Freystätte der abgeschiedenen Seelen zu betreten und zu entweihen; folge deiner hohen Bestimmung. Ich sage dir nicht, wo du deinen Vater finden wirst, es ist genug, daß es dir frey steht, ihn zu suchen. Ulysses war König auf der Erde; darum darfst du nur auf der einen Seite den schwarzen Tartarus, wo die bösen Könige bestraft, und auf der andern die elysischen Gefilde durchlaufen, wo die Guten belohnt werden. Aber erst mußt du den Tartarus durchwandeln, ehe du in die Gefilde Elysiums eingehen kannst. Beflügle deine Tritte, und eile, dich aus meinem Reiche zu entfernen.

Telemach säumte nun nicht länger. Er schien diese weiten, leeren Räume zu durchfliegen, so sehr trieb ihn das Verlangen zu wissen, ob er seinen Vater finden würde und die Begierde, sich der Gegenwart dieses furchtbaren Königs zu entziehen, der die Lebenden schreckte und die Todten. Nicht lange war er gegangen, so erblickte er nicht ferne von sich den finstern Tartarus. Ein dicker, schwarzer Dampf stieg von ihm auf, dessen giftiger Geruch die Lebendigen tödten würde, wenn er bis zu ihnen gelangen könnte. Dieser Dampf lag über einem feurigen Fluß, dessen Flammenwogen braus'ten, wie wenn reißende Ströme sich von hohen Felsen in Abgründe stürzen, und das Ohr, von

membris suis infesta desperatio: male sana honorum turbulentaque sitis: cruoris avida, neque ex malo, quod machinata est, felicior proditio: circumfluens pestilenti veneno et ob ineptas ad nocendum vires insaniens invidia: spe consumta praeceps in abyssum, quam ipsam fodit sibi, impietas: nefandae intemperiae, spectra terrendis viventibus, nocturni horrores, funestae illisque haud paulo mitiores vigiliae: quae omnia circum Plutonem implebant triste palatium. Ceterum is voce incondita et a qua Erebi abyssus coepit inhorrescere, respondens Telemacho:

Fatorum, inquit, permissu mortali vestigio profanas haec sacra defunctorum perfugia. I, et quae favens tuae gloriae Diphthera praescribit, sequere. Genitorem petis? Id vero non cognosces ex me. Quaerendi illius, quod satis est, copiam habe. Rex fuit: opus duntaxat, hinc, qua malos reges plectit tartarus, inde, qua bonis mercedem Elysii dependunt agri, percurrere. At nisi per tartarum non datur ad istos aditus. Illuc te actutum, dehinc meis de regnis aufer.

Confestim volatu magis quam cursu se agit per immensa locorum spatia Telemachus, incitante eum industria simul experiundi, sitne visurus genitorem: simul liberandi se injucunda illius numinis praesentia, cujus metu vivi mortuique perpetuo exagitantur. Nec multo post videt se proxime tartarum esse. Fumus erat densa caligine, quem evolvebat infelix locus, foetore letalis, si inferretur in vivos. Obversabatur igneo torrenti, et quibusdam procellis flammarum, edentibus mugientem fremitum strepituque mixtum, quocum ex summis praeruptisque

diesem Rauschen betäubt, vermochte sonst nichts in diesem traurigen Aufenthalt zu vernehmen.

Telemach, dem Minerva insgeheim Muth verlieh, wagte sich ohne Furcht in diesen Abgrund. Zuerst erblickte er eine große Menge Menschen aus den niedrigsten Ständen des Lebens, die Strafe litten, weil sie durch Betrug, Verrath und Grausamkeit sich Reichthümer zu erwerben gesucht hatten. Er sah viele gottlose Heuchler, die sich den Schein der Frömmigkeit geben und sie zum Vorwand gebraucht hatten ihren Ehrgeitz zu befriedigen, und die Leichtgläubigen zu hintergehen. Die Strafe der größten Verbrecher traf diese Menschen, weil sie die Tugend selbst, das edelste Geschenk der Götter, geschändet hatten. Kinder, welche ihre Aeltern erwürgt, Gattinnen, welche ihre Hände in das Blut ihrer Ehemänner getaucht, Verräther, die ihre Eidschwüre gebrochen, und ihr Vaterland ins Verderben gestürzt hatten, wurden mit minder peinlichen Strafen belegt, als diese Heuchler. Dieß war der Wille der drey Richter der Unterwelt, denn die Heuchler, so sagten sie, nicht zufrieden, wie andere Lasterhafte Böses zu verüben, nehmen den Schein der Tugend an, und machen, daß die Menschen, durch diesen Schein betrogen, auch der wahren Tugend keinen Glauben mehr beymessen. Die Götter, deren sie spotteten, und die diese Heuchler bey den Minschen herab würdigten, waffnen sich mit ihrer ganzen Macht, diese Beleidigungen zu rächen.

Neben diesen sah man andere, die der große Haufe für minder strafbar hält, die aber von der göttlichen Rache ohne Nachsicht verfolgt werden. Es sind die Undankbaren, die Lügner, die Lobredner des Lasters, die boshaften Verläumder; die sich's zum Geschäft machten, den Glanz der reinsten Tugend zu verdunkeln, und endlich diejenigen, welche dreist genug waren, über Dinge zu urtheilen, von denen sie nicht gründlich unterrichtet waren, und die dadurch dem guten Nahmen der Unschuldigen schadeten.

Aber unter allen Arten von Undankbarkeit wurde

montibus rapidissimi torrentium praecipitant. Unde hic loci nihil sincere ad aures allabitur.

Firmabat Telemachum a Minerva occultus vigor, ut sine formidine se in horribiles tartari fauces immitteret. Venere illico in conspectum ejus homines magno numero, ultimaque ex plebe quondam, sed nunc exsolventes supplicium, quod per fraudes et proditiones saevitiamque ab inopia ad divitias contenderunt. Simulatorum quoque multitudinem aspexit, qui impia simulatione religionem ambitioni suae praetexentes, humanae credulitati imposuerunt. Hi vero homines propter abusum rei, qua nec superi quid majus habent, nempe virtutis, poenas tolerabant summae inter omnes malitiae. Quippe nec liberi, qui auctores vitae suae dederunt neci, nec conjuges, quae virorum caedibus inquinarunt torum, nec, qui obliti juratae fidei patriam tradiderunt hosti, gravibus torquebantur, ita sancientibus judicibus, qui jus a corpore abstractis animabus dicunt: quoniam simulatores praeter aliorum, qui scelera sectantur, morem, non contenti, se malos esse, pietatis insuper affectant opinionem, qua re demum sincerae etiam virtuti fides detrahitur. Ac propterea diis quos despicatui habuerunt ipsi, aliis exposuerunt, oblectamento est, posse sacrilegum contemtum sui ulcisci.

Erant praeter eos, quos a suppliciis, certe gravioribus, judicium vulgi absolvit, Rhamnusia vero implacabilis hic premit. Suntque ingrati, mendaces, adulatores, a quibus laus attributa flagitio, vituperatores maligni invidique, qui vel integerrimae virtuti maculam non nullo impegerunt opere, ac illi denique, qui temere pronunciantes de minus sibi cognitis, multum innoxiae aliorum famae decerpserunt.

Ceterum ex ingratis subibant gravissimum supplici-

diejenige als die schwärzeste gestraft, der man sich gegen die Götter schuldig gemacht hatte. Wird schon derjenige, sagte Minos, für ein Ungeheuer gehalten, der gegen seinen Vater, oder seinen Freund, von dem er nur einige Wohlthaten empfangen hat, undankbar ist, was muß man erst von einem Menschen denken, der sich nicht schämt, gegen die Götter, von denen wir das Daseyn und alles, was mit demselben verbunden ist, erhalten haben, undankbar zu seyn? Sind sie nicht mehr die Urheber unsers Lebens, als die Aeltern, von denen wir geboren sind? Je mehr alle diese Verbrechen auf der Erde entschuldigt werden, und der Strafe entgehen, desto mehr sind sie hienieden der Gegenstand einer unerbittlichen Rache, der kein Schuldiger entfliehen kann.

Telemach, der die drey Richter zu Gericht sitzen, und einem Menschen verurtheilen sah, wagte es, sie um seine Verbrechen zu befragen. Sogleich ergriff der Verurtheilte das Wort, und rief aus: ich habe nie Böses gethan; Gutes zu thun, war meine einzige Freude. Ich lebte auf eine glänzende Art, war freygebig, gerecht, mitleidig; welchen Vorwurf kann man mir also machen? Minos antwortete ihm: es ist wahr, du versahest nichts gegen die Menschen, aber hattest du nicht höhere Pflichten gegen die Götter, als gegen sie? Welcher Gerechtigkeit denn rühmest du dich? Gegen Menschen, nichtige Geschöpfe, erfülltest du alle deine Obliegenheiten. Du warst tugendhaft, aber du schriebst dir selbst deine ganze Tugend zu, und nicht den Göttern, deren Geschenk sie doch war. Du sahst sie als ein selbst erworbenes Gut an, wovon dir der Genuß gebühre, und warst stolz auf ihren Besitz. Du selbst warst dein Gott. Aber die Götter, welche alles erschufen, und nur sich zu verherrlichen schufen, können ihren Rechten nicht entsagen. Du gedachtest ihrer nicht; sie werden auch deiner nicht gedenken, sie werden dich dir selbst überlassen. Da du nur dir und nicht ihnen leben wolltest, so suche jetzt, wenn du kannst, deinen Trost in deinem eigenen Herzen. Lebe für immer von den Menschen getrennt, um deren Beyfall du buhltest. Du huldigtest nur dir selbst, so sey denn auch deine einzige Gesellschaft. Lerne, daß es keine echte Tugend

um, qui tales fuerunt in deos. Hac de re Minos disserens: Nonne monstrum, inquit, imo et portentum est, signum acceptae gratiae non edere parentibus amicisve, aut quoquo demum modo ferentibus auxilium? Et erit, honori qui ducat sibi laudique, memorem animum non praestare, vitae, et omnium, quae vita est complexa, bonorum auctoribus diis? Aut diis, credo, quam genitoribus, homines non debent magis nascendi beneficium. Scilicet haec universa crimina, quo plus impunitatis et patrocinii consequuntur inter vivos, hoc amplius pertinaciusque persequitur implacabilis apud inferos justitia, a qua nulli ne quidem labeculae venia tribuitur.

Forte tum homini jus dicebatur a tribus judicibus. Itaque Telemachus ausus est damnationis ejus sententiam exquirere. Continuo vociferari reus: Numquam a me quid actum mali; benefeci, et summa voluntate quidem; magnifice vixi: cetera liberalis, justus, misericors fui. Quid ergo mihi obiicitis? Haec jactanti, Minos: Quod ad homines, inquit, nihil obiicimus tibi; at diis numquid debebas prae hominibus? Age! cedo illam tuam, quam jactas justitiam? Hominibus, qui nihil ad deos sunt, ex asse reddebas officium. Coluisti virtutem: at quidquid in te erat ejus, referebas ad te, non ad deos, a quibus tamen fuit in te derivatum virtutis munus. Voluisti scilicet fructum voluptatemque percipere tuae propriae virtutis, tibique ipse includi. Tu idem ara tibi eras et numen; at nequeunt, qui effecerunt universa, et effecerunt propter se, dii jure non uti suo. Oblitus es eorum; et ipsi obliviscentur tui. Relinquent te tibi, quoniam libebat tibi non esse ipsorum, sed tuum. Age, solatia dehinc a te ipso, si vales, pete. Distractus morte ab illis in perpetuum, quorum captabas gratiam, jam tu tecum uno et solo versaris, quem unum adorabas et solum.

gibt, als die aus Ehrfurcht und Liebe gegen die Götter entspringt, von denen alles herfließt. Bald werden sich deine Tugenden, durch deren trieglichen Schimmer du die Leichtgläubigen so lange täuschtest, in ihrer ganzen Blöße zeigen. Die Menschen sind verblendet; sie kennen weder das Gute noch das Böse, nennen Laster, was ihnen zuwider ist, und thun, was ihnen Vergnügen macht. Hier richtet eine höhere Weisheit, und vor ihrem Lichte verschwindet jeder Wahn; diese verurtheilt oft was die Menschen bewundern, und rechtfertigt, was sie verdammen.

Ein Donnerschlag waren diese Worte für den vermeintlichen Weisen. Er sah sich mit Abscheu an. Die stolze Selbstgefälligkeit, mit der er einst auf seine Mäßigung, seinen Muth und seine Gerechtigkeit geblickt hatte, verwandelte sich in Verzweiflung. Der Anblick seines eigenen Herzens, das die Götter verachtet hatte, quälte ihn. Er sieht seine Gestalt, und sucht vergebens seine Blicke von ihr abzuwenden. Er sieht jetzt, wie nichtig die Urtheile der Menschen waren nach deren Beyfall er gestrebt hatte; alle Dinge erschienen ihm in einem andern Lichte, als er sie zuvor gesehen hatte; ihm war, als ob sein ganzes Wesen umgekehrt würde. Er fühlte, daß er nicht mehr derselbe Mensch war. Er fand keine Hülfe mehr in sich. Sein Gewissen, dessen Beyfall ihm sonst so süß gewesen war, erhob sich gegen ihn, und machte ihm quälende Vorwürfe über seine Verirrungen und die Falschheit seiner Tugenden, die weder aus Ehrfurcht gegen die Götter entsprungen waren, noch sie zum Endzweck gehabt hatten. Verwirrung, Bestürzung, Scham, Gewissensangst und Verzweiflung füllten sein Inneres. Die Furien peinigten ihn nicht, denn es genügte ihnen, ihn seinen eigenen Herzen überliefert zu haben, das die Götter hinlänglich rächte, die er verachtet hatte. Er floh in das tiefste Dunkel, um sich vor den andern Geistern zu verbergen, da er sich vor sich selbst nicht verbergen konnte. Aber umsonst sucht er nächtliche Oerter, er findet sie nirgends. Ein verhaßtes Licht folgt ihm auf allen seinen Tritten. Die Wahrheit in ihrer strahlenden Gestalt erscheint ihm überall, und rächt sich an ihrem Verächter. Er haßte, was er einst geliebt hatte,

Disce modo, virtutem, quae vera sit, contemtis diis, nullam dari. Detrahetur larva virtuti tuae, quae credulos mortales lusit dudum. Et hi quidem ut vitia et virtutes vel molestas vel commodas sentiunt, ita de utrisque judicant, et tam ad bonum quam ad perniciem caecutiunt. Hic vero loci caelestis quidam radius quasvis tenebras humani judicii dissipat, plerumque damnans, quae ab illo ducuntur plurimi, probansque, quae perversis arbitris viluere.

Hac pronunciata sententia ceu fulmine percussus philosophus ille se deinceps ferre non potuit. Quae alioqui miram voluptatem afferebat ipsi virtutum suarum, temperantiae, fortitudinis et magnanimitatis consideratio nunc in ingens argumentum vertebatur desperationis. Pars supplicii ipsi erat contemplari aversum a diis animum suum. Intuebatur sese, nec deflectere poterat ab hoc intuitu. Videbat, quam vana mortalium judicia, quibus unis actiones suas omnes comprobare studebat. Per omnia, quae erant in ipso, mutabatur omnino, et velut ex integro conversis visceribus. Sentiebat, se desiisse eumdem esse. Omnis vigor dilabebatur animo: excibat in eum stimulos suos conscientia, cujus testimonio olim delectabatur tam commode, perversamque de virtutibus suis opinionem acerbe castigabat, quippe quarum nec origo nec meta fuissent dii. Perturbatio, stupor, ignominia, cruciatus et angor mali conscium animum impleverant. A furiis nihil inferebatur molestiae, reliquerant enim tradiderantque eum ipsi sibi, reputantes satis esse, ab ultrice animo spretos deos ex aequo vindicari. Perquirebat ultimas latebras, quibus cum a suo non posset, a reliquorum certe manium conspectu se removeret. Sectabatur tenebras, at inutili opera. Inhaerebat fugienti molesta lux, cujus percussus radio exsolvebat ubique spre-

als die Quelle der endlosen Leiden, die über ihn verhängt waren. O, des Wahnsinns! sagte er bey sich selbst, so habe ich also weder die Götter, noch die Menschen, noch mich selbst gekannt! Nein, alles war meinen Augen verborgen, denn ich liebte nicht das, was allein wahrhaft gut ist. Alle meine Tritte waren Verirrungen, meine Weisheit war Thorheit, und meine Tugenden waren nichts als der Stolz eines Ruchlosen und Verblendeten, der sich selbst vergötterte.

Endlich erblickte Telemach die Könige, die der Mißbrauch ihrer Gewalt in die Verdammniß gestürzt hatte. Eine rächende Furie hielt ihnen an der einen Seite einen Spiegel vor, in welchem sie die ganze Scheußlichkeit ihrer Laster erblickten. Dieser Spiegel — und vergebens bemühten sie sich, ihre Augen von demselben abzuwenden — zeigte ihnen ihre schamlose Eitelkeit, womit sie nach den lächerlichsten Lobeserhebungen gedürstet hatten, ihre Härte gegen die Menschen, deren Glück sie zu machen bestimmt waren, ihre Gleichgültigkeit gegen die Tugend, ihre Scheu vor der Wahrheit, ihre Liebe zu niederträchtigen Schmeichlern, ihre Sorglosigkeit, Weichlichkeit und Trägheit, ihren ungerechten Argwohn, ihren Stolz, ihre ausschweifende Prachtliebe, wodurch sie ihre Völker zu Grunde gerichtet, ihren Ehrgeitz, der sie trieb, mit dem Blut ihrer Unterthanen ein wenig nichtigen Ruhm zu erkaufen, und endlich die Grausamkeit, womit sie taub gegen die Thränen und die Verzweiflung der Unglücklichen um sie her, stets nach neuen Ergetzlichkeiten jagten. Unaufhörlich sahen sie sich in diesem Spiegel, und ihre Gestalt erschien ihnen scheußlicher und grauenvoller als die Chimära, die Bellerophon bezwang, als die lernäische Schlange, die Herkules erlegte, furchtbarer sogar als Cerberus, wiewohl er aus seinen drey offnen Rachen schwarzes, giftiges Blut ausströmt, das das ganze Menschengeschlecht zu verpesten fähig wäre.

An der andern Seite wiederhohlte ihnen zu gleicher Zeit eine andere Furie mit Hohngelächter das Lob das ihnen ihre Schmeichler während ihres Lebens ertheilt hatten, und hielt ihnen einen andern Spiegel vor die Augen, wo sie sich so erblickten, wie diese

tae virtutis supplicium. Aversabatur, quae amaverat antea, quippe tormentorum suorum perennem fontem et scatebram. Me insanum (ita se ipse accusabat,) nec deos ergo, nec homines noveram; sed nec ipsum me! Ita est, quia amavi numquam unum, numquam verum bonum, nihil noveram. In quot passus pedem, in tot errores duxi animum. Omnis haec sapientia stultitia, haec virtus omnis nefasta et caeca superbia fuit; idolum ego ipse mihi.

Tandem Telemachus aspexit reges, quos abusus potestatis reos fecit inferorum supplicii. Speculum statuebatur altera ex parte ab ultrice furia, nihil celans turpitudinum, quae in criminibus eorum reperiebantur. Fuere autem, quae in eo videbant quantumvis nolentes, pinguis stupidaque vanitas, qua ferebantur in laudes etiam luculenter ineptas: in homines, quos felices debuerant reddere, duritas; stupor ad sensum virtutis, formido veri, studium in viles homines et servientes auribus; levitas et socordia, qua muneris sui partibus fungebantur; nimia mollities; intempestiva suspicio; fastus, et ruinis populorum fulcienda luxuria; ambitio, pauxillum honoris mercata cruore civium; illa denique crudelitas, quae novas in dies illecebras in tot infelicium lacrimis et desperatione scrutabatur. Hoc igitur in speculum defixo aspectu videbant, prae ipsis minus monstrum et portentum esse vel Chimaeram, quam Bellerophon cecidit, vel ab Hercule jugulatam Hydram, vel ipsum adeo Cerberum, tametsi atram saniem, et male afficiendo universo hominum generi idoneum cruorem liberrimis faucibus evomentem.

Simul autem e diversa parte furia alia ab assentatoribus tributas ipsis adhuc vivis laudes insultantis voce habituque repetens, et ipsa speculum exhibuit, quod reges ea reddebat specie, qua olim repraesentabantur adulatio-

Schmeichler sie abgemahlt hatten. Das Abstehende dieser zwey so verschiedenen Gemählde peinigte ihre Eitelkeit. Man bemerkte, daß die schlimmsten unter diesen Königen diejenigen waren, denen man während ihres Lebens die prächtigsten Lobsprüche ertheilt hatte, denn man fürchtet die Bösen mehr, als die Guten, und jene sind schamlos genug, die kriechendsten Schmeicheleyen der Dichter und Redner ihrer Zeit als ein Recht zu fordern.

Den Mißhandlungen und der Schmach Preis gegeben, hört man sie in diesen finstern Abgründen ihr Leben verseufzen. Rings um sich her finden sie nichts als Verachtung, Widerspruch, Beschämung. Sie, die im Wahn, daß alles zu ihrem Dienst geschaffen sey, einst auf der Erde mit dem Leben der Menschen spielten, dulden jezt in dem Tartarus die Launen gewisser Sklaven, denen sie überantwortet sind, und die jezt auch ihrer Seits die grausamste Herrschaft über sie ausüben. Sie fühlen das Quälende dieser Dienstbarkeit, und alle Hoffnung einer mildern Behandlung ist für sie auf immer dahin. Unter den Streichen dieser Sklaven, die sie mit unerbitterlicher Strenge beherrschen, gleichen sie einem Amboß unter den Hämmern der Cyklopen, wenn Vulkan sie in den glühenden Essen des Berges Aetna zur Arbeit anfeuert.

Aus bleichen, scheußlichen, jammervollen Gesichtern starrte der finstere Gram, der am Herzen dieser Verbrecher nagte, dem Telemach entgegen. Sie verabscheuen ihren eigenen Anblick, aber sie können diesen Abscheu eben so wenig unterdrücken, als sich von ihrem eigenen Wesen trennen. Sie bedürfen keiner andern Strafe, als des Bewußtseyns ihrer Verbrechen, die sie immer in ihrer ganzen Häßlichkeit vor Augen sehen. Schreckenden Gespenstern gleich, stehen sie vor ihnen, und verfolgen sie. Um ihnen zu entfliehen, wünschten sie noch tiefer in die Nacht des Todes zu versinken, als einst, da sie sich von ihren Leibern trennten. In ihrer Verzweiflung wünschten sie eines Todes zu sterben, der jede Empfindung, jedes Bewußtseyn in ihnen vertilgte. Sie rufen den Abgründen, sie zu verschlingen, um sich den rächenden Strahlen der Wahrheit zu entziehen, die sie verfolgt, aber sie werden

nis ingenio. Haec comparatio duarum, adeo sibi non congruentium, imaginum erat statutum regiae vanitati supplicium. Videre erat, iis ex regibus pessimos esse, quorum, dum vivebant, splendidissimae laudes exstitere; quoniam mali principes timentur prae bonis, et vilissimas adulationum quisquilias ab eruditis temporum suorum calamis non verentur in iniquum censum exigere.

In hac tenebrarum abysso, ubi nihil praeter ignominias ludibriaque, quae admittere coguntur, sentiunt, perspicua ex gemitibus erat eorum calamitas. Ab omnibus, qui stipant, repelluntur, contraveniuntur, illuduntur. Pro eo, quod in terris cum vita lusitabant mortalium, credebantque omnia ipsorum obsequio nasci, in tartaro voluntati traduntur quorumdam mancipiorum, a quibus crudeles servitutis aerumnas ordine persentiscunt. His cum dolore serviunt nulla spe mitigandae captivitatis, nec liberiores a tyrannorum suorum flagellis et scuticis, quam ad Aetnae furnos praesente Vulcano incus a Cyclopum malleis.

Occurrerunt praeterea intuenti vultus pallidi, horribiles, plenique maeroris et luctus. Roduntur hi facinorosi atroci dolore. Ipsi sibi horrori sunt, quo minus, quam natura sua, carere permittuntur. Alio supplicio peccatorum praeter ipsa peccata iisdem opus haud est. Quippe obversatur continenter, quanta quanta in sceleribus haeret, immanitas; et peccata ipsa insistunt terribili spectrorum aspectu, a quibus ut liberent se, inquirunt mortem prima validiorem, qua exemti fuerunt corporibus. Mortem scilicet amentes desperatione implorant, quae omnem sensum, omnemque cogitationem rerum valeat exstinguere. Abyssos invocant, quibus dehiscentibus absorpti comites suos possint effugere, veritatis ultrices radios. At superstites jubentur esse vindictae, cu-

den der Rache aufbewahrt, die langsame, nie endende Qualen über sie ausgießt. Die Wahrheit, deren Anblick sie scheuten, ist ihre Marter. Sie sehen sie, und vermögen sonst nichts zu sehen, als sie, die gegen sie zeigt. Sie durchbohrt sie, zerfleischt sie, entreißt sie ihnen selbst. Aehnlich dem Blitz, dringt sie bis in das Mark ihrer Gebeine, ohne von außen eine Spur der Zerstörung zurück zu lassen. Dem Metalle gleich, das in dem Schmelzofen zerfließt, wird die Seele von diesem rächenden Feuer aufgelößt. Ihr ganzer Zusammenhang wird durch dasselbe aufgehoben, aber es verzehrt nichts; es trennt die Bestandtheile des Lebens, ohne den Tod herbey zu führen. Ihrer selbst beraubt, wird diesen Unglücklichen auch nicht die Ruhe und der Trost eines Augenblicks zu Theil. Sie fühlen sich nur noch in der Wuth, die sie gegen sich selbst kehren, und in einer Verzweiflung, die zur Raserey wird.

Unter den Gegenständen, bey deren Anblick sich Telemach's Haare sträubten, sah er auch viele der alten lydischen Könige, die die Strafe ihrer wollüstigen Trägheit büßten, die sie den Geschäften vorgezogen hatten, die ein Fürst, wenn er sein Volk beglücken will, nicht vernachläßigen darf.

Diese Könige rückten einander ihre Verblendung vor. Einer von demselben sagte zum andern, der sein Sohn gewesen war; wie oft habe ich dich in meinem Alter und vor meinem Tode ermahnt, das Uebel wieder gut zu machen, daß durch meine Nachläßigkeit entstanden war! Du hast es nicht gethan.

Der Sohn antwortete: unglücklicher Vater! Du selbst bereitetest deinem Sohne das Verderben. Dein eigenes Beyspiel war es, das mir Prachtliebe, Stolz, Wollust und Härte gegen die Menschen einflößte. Ich sah dich, von schändlichen Schmeichlern umgeben, in Ergetzlichkeiten leben; so gewöhnte ich mich, die Schmeicheley und die Wollust zu lieben. Ich wähnte, daß an-

jus irae ita sensim in eos saeviunt, ut numquam desaeviant. Veritas, olim cognoscentibus metus, jam poena et tormentum est. Vident illam, quippe propterea per mortem non privati videndi copia, ut eamdem insultantem aspiciant. Hic porro aspectus veritatis miseros percutit, vellicat, eripitque ipsos sibi. Fulgur quoddam est, in intima viscera, exterioribus intactis, penetrans atque ea perstringens. Vindex flamma est, quae metalli instar in ardentem immissi furnum liquat animam, quam etsi nulla parte depascitur, vi tamen naturaque sua exspoliat. Resolvit quippe grassaturque ad prima usque vitae principia, ita tamen, ut vincula, quibus facultas continetur vivendi, non relaxet. Atque in hoc statu homo a se ipse abstractus est: auxilium nullum, nulla vel ad momentum requies: alimentum vitae unicum rabies, qua in se reus ipse invehitur, et ex perditis rebus nata insania.

Inter ea, quae cum ingenti horrore intuebatur Telemachus, fuere complures ex antiquis regibus Lydiae, dantes poenas, quoniam mollem vitam praetulerunt industriae, quam ad relevandos populos necesse est semper regiae dignitati esse annexam.

Mutua exprobratione caecitatis debacchabantur in se se. Erant inter eos duo, quorum alter alterum, quem idem genuerat, increpans: Ego quoties monui te, inquit, et cum adhuc degerem annos deteriores aetatis meae et ante mortem, ut mala damnaque resarcires negligentiae meae?

Tu vero, regerebat filius, tu solus infelix auctor eras et vitae et ruinae meae; fastum, arrogantiam, sensum in illecebras pronum, in homines inhumanum, transfudit hanc in mentem exemplum tuum. Videns te circumfluentem luxu faecibusque vulgi, assentatoribus, versari in imperio, adulatorum obsequiis assu-

dere Menschen sich zu den Königen verhielten, wie die Pferde und andere Lastthiere zu den Menschen. Ich hielt sie für Thiere, die man nur deßwegen schätzt, weil sie nützlich sind, und zu unserer Bequemlichkeit dienen. So dachte ich, und du warst es, der mich so denken lehrte, und nun dulde ich diese Qualen, weil ich dich zu meinem Vorbilde nahm. Schreckliche Verwünschungen begleiteten diese Worte, und sie schienen von Wuth, einander zu zerreißen, entflammt zu seyn.

Auch schwirrten um diese Könige, gleich nächtlichen Eulen, der grausame Argwohn, die täuschenden Schrecken, daß Mißtrauen, das die Völker an ihren hartherzigen Fürsten rächt, der unersättliche Golddurst, die Menschen zerstörende Ruhmsucht und die entehrende Weichlichkeit, welche das Gewicht der Uebel, die man leidet, noch drückender macht, ohne je einen wahren Vortheil zu gewähren.

Viele dieser Könige wurden streng bestraft, nicht wegen des Bösen, das sie gethan, sondern wegen des Guten, so sie unterlassen hatten. Alle Laster des Volks, die ihren Ursprung in schlechter Handhabung der Gesetze haben, wurden den Königen zugerechnet, die nur darum Könige sind, um den Gesetzen die Herrschaft über das Volk zu verschaffen. Auch alle diejenigen Unordnungen wurden ihnen beygemessen die aus Prachtliebe, Ueppigkeit und andern Ausschweifungen entspringen, welche die Leidenschaften der Menschen erregen, und sie in Versuchung führen, mit Uebertretung der Gesetze Reichthümer zu erwerben. Die schwersten Strafen aber wurden über diejenigen Könige verhängt, welche, statt gute und wachsame Hirten ihrer Völker gewesen zu seyn, gleich raubgierigen Wölfen, nur darauf gesonnen hatten, ihre Herde zu zerstören.

Aber keine Erscheinung setzte Telemach in größere Bestürzung, als in diesen finstern Abgründen des Jammers eine große Zahl von Königen zu sehen, die auf der Erde für ziemlich gute Fürsten waren gehalten worden, aber die Strafen des Tartarus litten, weil sie sich von bösen, arglistigen Menschen hatten beherrschen lassen. Sie wurden für alles das Böse bestraft, das

evi et illecebris voluptatum delectari. Ceteram multitudinem hominum nihil ad reges amplius putabam esse, quam equos jumentaque alia ad homines, quae curantur duntaxat, quantum nobis aut serviunt aut commodant. Hoc putabam scilicet; at tu caussa eras, ut putarem. Imitabar te: inde autem vah! mihi quae supplicia. His ultro citroque jactatis probris adiecerunt atrocissima maledicta, visique sunt ad discerpendum se mutuo furore incitari.

Circum hos item reges agebantur ambiguo noctuarum per tenebras volatu crudelissima genera suspicionum, metus inanes, mala fiducia, populorum ob regum inhumanitatem flagella, aeterna divitiarum esuries, gloriae tam saeva quam futilis opinio, ignava mollities, quae ut mala aerumnasquae multiplicat, ita nec vere, nec constanter umquam oblectat.

Satis multi inter hos reges visi, qui non mala commissa, sed bona a se praetermissa graviter luebant. Quae ex neglectis legibus nascuntur populorum scelera, regibus adscribebantur, quippe constitutis, ut eorum auctoritate dominentur nixae leges. Rei quoque agebantur omnium perversitatum, quas fastus, luxuria, et quaecunque alia intemperantia generat, unde homines in conditionem, quam nolunt, devoluti, ad spernendas leges invitantur cupiditate fortunarum. Ante alias autem acerrimae poenae fuere regum eorum, qui cum pastores se debuissent praestare populis, degenerantes in lupos, gregibus suis tota cogitatione machinabantur ruinam.

Ceterum increbuit metus Telemachi, cum in hac miserrima abysso tenebrarum intueretur frequentes, qui erant inter mortales cum fama eximiae probitatis versati, detrusique ad tartarum, quod se improbis et simulationis artificium probe edoctis hominibus permiserunt. Torque-

unter ihrem Nahmen verübt worden war. Die meisten dieser Könige konnten weder gut noch böse genannt werden, so groß war ihre Schwachheit gewesen. Sie hatten es sich nie angelegen seyn lassen, dem Irrthum zu entgehen, sie hatten keinen Geschmack an der Tugend gefunden, und das Vergnügen nicht gekannt, Gutes zu thun.

bantur propter ea flagitia, quibus patrocinati fuerant perverso potestatis et dignitatis suae usu. Plerique istorum regum nec boni nec mali fuere: tanta erat illorum imbecillitas. Quam quidem cognoverunt numquam; sed neque, ut cognoscerent, curabant veritatem. Expertes suavitatum, quarum mater virtus est, noluerunt voluptatem suam in exercitatione usuque probitatis collocare.

XIX. Buch.

Als Telemach diesen Aufenthalt verließ, fühlte er sich eben so erleichtert, als ob man eine schwere Last von seinem Herzen genommen hätte. Aus der Beklemmung, die seine Brust empfunden hatte, konnte er das Unglück derer ermessen, die ohne Hoffnung der Befreyung an diesem Orte eingeschlossen waren. Entsetzen befiel ihn, wenn er bedachte, daß die bösen Fürsten weit strengere Strafen zu dulden hätten, als andere Verbrecher. Welch ein Los! sagte er bey sich selbst, so viele Pflichten, so viele Gefahren, so viele Fallstricke, so viele Schwierigkeiten, die Wahrheit zu erkennen, und den Nachstellungen anderer und seines eigenen Herzens zu entgehen, und dann am Ende diese entsetzlichen Qualen nach allem dem Umtrieb, dem Widerstand und dem Neid, den ein Fürst in seinem Leben erfährt! — — O, wie thöricht ist derjenige, welcher nach Herrschaft strebt, und wie viel glücklicher ist ein Mensch, der sich mit dem ruhigen Privatstande zu begnügen weiß, wo die Ausübung der Tugend ihm minder schwer wird!

Indem er solche Betrachtungen anstellte, gerieth er in Unruhe; Schrecken und Entsetzen wandelten ihn an; er fühlte einen Theil der Verzweiflung jener Unglücklichen, die er so eben gesehen hatte; aber neuer Muth erwachte in ihm, je weiter er sich von diesem traurigen Aufenthalt der Nacht, des Schreckens und der Verzweiflung entfernte. Er athmete freyer, und schon schimmerte ihm von fern das reine, erquickende Licht aus den Wohnungen der Heroen entgegen.

An diesem Orte wohnten alle gute Könige, die je über Menschen geherrscht hatten, gesondert von den

LIBER XIX.

Sub ipsum ex his locis digressum juvenis cum liberiorem spiritum velut amota ingenti mole reciperet, intellexit, quanta esset in his carceribus detentorum spe nulla inde exeundi infelicitas; reputansque cum horrore, quod vidisset regum quam ceterorum hominum delicta gravius plecti: Regum ergo, inquit, tot sunt officia, pericula, insidiae, et labor pene infinitus recte cognoscendi, qui se se ab aliis et a seipsis defendant? Has jam tamque crudeles poenas tolerant in inferis post spatia vitae tam brevis, tam molestae, aerumnosae? Quam insaniunt, qui imperio dedunt cupiditatem; sapiunt autem, qui extra magistratus sibi putant acquiescendum in vitae tranquillae curriculo, ubi liberior cursus virtuti permittitur!

Coeperat animus talia meditantis commoveri: trepidabat, magnoque subeunte eum horrore sensit, desperationem menti insinuari, haud valde absimilem eorum, quos modo in tormentis conspexerat. Ceterum quo longius abibat ab illa sede tenebrarum, formidinis et desperationis, eo magis recuperabat vigorem constantiae. Confirmabatur. Jamque e longinquo vidit initia lucis ex sede beatorum emicare.

Agebant hic loci, qui olim in mortalibus fuerunt juste pieque dominati. Sejuncti a reliquis ordinibus beato-

andern Gerechten; und so wie böse Fürsten im Tartarus weit größere Qualen erduldeten, als andere Verbrecher von geringerem Stande, so genoßen auch die guten Fürsten im Elysium einer weit höhern Glückseligkeit, als die übrigen Menschen, die, wie sie, ihr Leben auf Erden der Tugend gewidmet hatten.

Telemach näherte sich diesen Königen. Sie wandelten auf immer grünenden, blühenden Auen, in lieblich duftenden Hainen. Tausend kleine Bäche ergoßen ihr hellblinkendes Wasser an diesem reitzenden Aufenthalt, und hauchten liebliche Kühlung umher. Scharen von Vögeln füllten mit ihrem frohen Gesang die Gebüsche. Unter den Tritten der Wandelnden sproßten Frühlingsblumen hervor, und an den Bäumen hingen die köstlichen Früchte des Herbstes. Hier athmete man nie die Schwühle des glühenden Hundsstern; nie saus'te hier der rauhe Nord, noch fühlte man hier die Strenge des Winters. Fern von diesem seligen Wohnplatz der Ruhe flohen der blutdürstige Krieg, der zerstörende Neid mit seinen giftigen Zahn und mit Schlangen im Busen und um Arme, die Eifersucht, der Argwohn, die Furcht und die täuschenden Begierden. Hier geht der Tag nie zu Ende, und nie entfaltet hier die Nacht ihren dunklen Schleyer. Ein reines, mildes Licht umfließt die Leiber dieser Gerechten, und umgibt sie mit Strahlen, wie mit einem Gewande. Dieses Licht gleicht nicht jenem düstern Lichte, das die Augen der elenden Sterblichen erleuchtet, und nur Dunkelheit ist. Aehnlicher einer himmlischen Glorie, als dem Licht, durchdringt es ungehindert die dichtesten Körper, als die Strahlen der Sonne das reinste Krystall. Es blendet nicht die Augen, es stärkt sie, und senkt tief in die Seele ruhige Heiterkeit. Von diesem Lichte allein nähren sich die Seligen, es fließt durch sie aus und ein; es durchdringt sie, es wird ihnen einverleibt, wie die Nahrungsmittel sich unsern Körpern einverleiben; sie sehen, sie fühlen, sie athmen es; es ist für sie eine nie versiegende Quelle von Ruhe und Wonne. Sie schwimmen in einem Meere seliger Empfindungen wie die Fische im Wasser. Alle ihre Wünsche sind erfüllt; ohne

rum, fruebantur longe, quam dici queat, majore prae ceteris hominibus, qui virtutem coluere, laetitia; quemadmodum mali principes longe, quam dici queat, multabantur atrocius prae facinorosis e vulgo.

Propinquabat his regibus juvenis. Inter silvulas morabantur, quarum mirabilis odor nascebatur ex perpetuo renascentium rosarum adolescentia. Sine numero rivuli manabant perennibus aquis. Aurae ex illis frigidulae. Avium tam frequens, quam mirae suavitatis concentus. Veris et autumni partus uno eodemque tempore cernebantur; illi subnascentes incedentium vestigiis, hi suspensi ramis legentium manibus; ambo ad adspectum voluptatis. Non Sirii ardentes aestus, non ex septemtrione flatus, non hiems e Caucaso violant locum: non bella, quae heluantur humanum sanguinem: non venenato infesta dente, convolutisque inter se viperis, pectus brachiaque perlabentibus, horribilis invidia: non rivalium amorum, non alia suspicio: non metus, non vana inutiliaque desideria offendunt. Nec vesper aut nox illi se ingerit. Lux pura nitidaque circumfusa justorum corporibus radios suos vestis instar accommodat, diversa prorsus a luce, quae, quamvis miseros oculos illustret mortalium, a caligine tamen non differt. Gloria potius est caelestis, quam lux, quae corpora crassissima acrius longe pervadit, quam solares radii purissimam crystallum. Non perstringit oculos, sed acuit, oriturque ex ea in initimis animi recessibus mira serenitas. Illa sola vescuntur beati. Quos ultro citroque permeat, ita penetrans in eos, ut passim diffusa, in eosdem, perinde atque in corpus nostrum alimenta, absumatur. Illam vident, sentiunt, in eaque vivunt. Fontem pacis et gaudii inexhaustum in ipsis elicit. Immerguntur abysso voluptatis, veluti pisces oceano. Nihil requirunt: nihil deest, etsi nihil habentibus: praestat sapor integer-

etwas zu haben, besitzen sie alles; denn dieses reine Licht stillt den Hunger ihres Herzens. Alle ihre Begierden sind befriedigt. Im Vollgenuß ihrer Seligkeit, verlangen sie nichts von allem, wonach die dürftigen, schmachtenden Menschen auf der Erde sich sehnen. Alle Freuden, die sie umgeben, schätzen sie gering, denn die Fülle ihrer Glückseligkeit, die von innen kommt, läßt ihnen keine Empfänglichkeit mehr für äußere Genüsse. Sie gleichen den Göttern, welche mit Nektar und Ambrosia gesättigt, jede gröbere Speise verschmähen würden, die man ihnen beym leckerhaftesten Mahle der Sterblichen vorsetzte. Kein Uebel naht sich diesem Wohnort der Ruhe; der Tod, die Krankheit, die Armuth, der Schmerz, die Klage, die Reue, die Furcht, die Hoffnung sogar; welche oft peinlicher ist, als die Furcht, die Zwietracht, der Eckel fliehen weit von ihm.

Eher würden Thraziens hohe, himmelan ragende Gebirge, deren Stirnen seit Anbeginn der Welt mit Schnee und Eis bedeckt sind, ihren im Mittelpunkt der Erde ruhenden Grundfesten entstürzen, als daß die Seelenruhe dieser Gerechten auch nur leise gestört werden sollte. Nur Mitleid gegen die Menschen, die von Leiden nieder gedrückt, noch auf der Erde leben, bewegt ihre Herzen, aber es ist ein sanftes, ein gemäßigtes Mitleiden, das ihre unwandelbare Glückseligkeit nicht stört. Ewige Jugend, Seligkeit ohne Ende, göttliche Hoheit leuchtet aus ihren Gesichtern, aber ihre Freude hat nichts Leichtsinniges, nichts Unanständiges an sich; es ist eine gemäßigte Freude voll Würde und Erhabenheit, ein hohes Gefühl des Wahren und des Guten; das ihre Herzen in Entzückung setzt. Stets und ununterbrochen fühlen sie jene Wonne, welche das Herz einer Mutter durchströmt, wenn sie den geliebten Sohn wieder erblickt, den sie für verlohren hielt, aber diese süße Empfindung, welche bald wieder im Herzen der Mutter erlischt, verläßt diese Glücklichen nie; nie wird sie schwächer, nie verliert sie ihren Reitz für sie. Sie genießen das Entzücken der Berauschung des Herzens, ohne die Unruhe und das Betäubende derselben zu fühlen. Sie besprechen sich unter einander von dem, was sie sehen und empfinden. Mit Verachtung blicken sie auf die sinnlichen Vergnügungen und den eitlen Pomp

rimae illius lucis, quantum esuriunt. Desideria plane integreque expleta effert plenitudo sincerae voluptatis ultra id, quod in terris fames inopiaque hominum venatur. Circumfluuntur deliciis; sed eas ducunt pro nihilo. Quippe sensum oblectationum, quas vident extra se, non admittit interior illa summaque felicitas: velut nectare et ambrosia pasti dii infra se ducunt cruda mortalium obsonia in lautissimis eorum conviviis delibare. Adversis molestiisque nullus huc aditus; quem etiam mors, sinistra valetudo, egestas, dolor, tristitia, aegritudo conscientiae, metus, metuque subinde non laetior spes, discordiae, fastidia nequicquam moliuntur.

Concutiantur licet fundamentis suis, quae ad ipsum centrum terrae descendunt, evulsa Thraciae cacumina, quaeque inde a principio rerum universarum nives glaciemque suam intulere sideribus: at animi hominum, quos justitia his locis inseruit, nec tantillum movebuntur. Tanguntur, et unice quidem, miseratione calamitatum, quae mortales adfligunt; sed miseratione placida et moderatione, quae felicitatem eorum non violat. Flos aetatis numquam intermoriturus relucet vultu, prosperitas nullis circumscribenda terminis, dignitasque divina ex asse. Gaudium, quocum incedunt, non dissolutum, non propinquum insolentiae, sed suave, generosum, plenumque dignitatis; estque acerrimus sensus veritatis atque virtutis, quo gestiunt extra se concitati. Momenta singula sine perturbatione animis subvehunt dulcedinem, quantam matribus aspectus filiorum, quos jam deploravere inter manes; nisi quod matrum non diuturna, illa perpetua sit. Non attenuatur vel momento: non obsolescit. Ecstasi velut inebriatorum gaudent, quamquam nullo vitio rationis. Adsciscunt in sermonem, quae aut vident aut sentiunt. Calcant pedibus molles illecebras, fastumque

hres ehemahligen Standes zurück, an die sie nur mit Wehmuth denken. Mit Vergnügen durchlaufen sie jene traurigen, aber kurzen Jahre, die sie, kämpfend gegen sich selbst und den Strom der Bösen, durchlebten, damit sie sich zur Tugend erheben. Sie preisen die hülfreichen Götter, die sie durch so viele Gefahren hindurch wie an der Hand zur Tugend geleitet. Eine himmlische Kraft, einem Ausfluß der Gottheit selbst ähnlich, strömt unabläßig durch ihre Herzen, und vereinigt sich mit ihnen. Sie sehen es, sie fühlen es, daß sie glücklich sind, und daß sie es ewig seyn werden. Von denselben Gedanken, denselben Empfindungen beseelt, singen sie das Lob der Götter mit einmüthiger Stimme, und eine und dieselbe Glückseligkeit ergießt sich in immer wiederkehrenden Strömen durch die Herzen dieser innig vereinigten Geister.

In diesen himmlischen Entzückungen verfließen ihnen die Jahrhunderte schneller, als den Menschen die Stunden; aber flößen sie ihnen auch zu tausenden dahin, ihre Seligkeit würde doch stets neu, stets vollkommen seyn. Sie herrschen alle, aber nicht mehr auf Thronen, die von Menschen umgestürzt werden können. Ihre Herrschaft, auf sie selbst gegründet, steht unerschütterlich fest, denn sie brauchen ihre Macht nicht mehr von einem elenden und verächtlichen Volk zu borgen, um durch dasselbe furchtbar zu werden. Sie tragen nicht mehr jene nichtigen Kronen, deren trieglicher Schimmer so viele Furcht und so viele quälende Sorge verbarg; die Götter selbst haben ihre Häupter mit Kronen von unvergänglichem Glanze geschmückt.

Die selige Ruhe dieses wonnevollen Aufenthalts, in welchen Telemach seinen Vater suchte, entzückte ihn so sehr, daß er gewünscht hätte, ihn hier zu finden. Traurigkeit wandelte ihn an, selbst wieder in die Gesellschaft der Menschen zurück kehren zu müssen. Hier nur, sagte er, findet sich das wahre Leben, und Tod ist, was wir Leben nennen. Aber er erstaunte, so viele Kö-

conditionis praeteritae, quem prosequuntur gemitu. Cum voluptate recordantur tam maligni, quam non diuturni temporis, quo, ne a probitatis extruderentur semita, contra se ipsos, contraque torrentem depravatae multitudinis cogebantur dimicare. Admirantur deorum auxilium, quo per tot discrimina trahebantur ad virtutem quasi manu. Divinum est, nec manifestum humanae rationi, quod pergit se insinuare interioribus animi quasi torrens divinitatis, quacum junguntur. Vident et gustant se beatos esse, et semper se fore beatos persentiscunt. Canunt laudes, habentque unam duntaxat vocem, cogitationem eamdem, idem cor. Una eademque felicitas aestus in modum commeat in concordibus animis.

In hac divina a sensibus alienatione constitutis saecula multo citius praeterlabuntur, quam horae mortalibus, adeoque nihil voluptati detrahitur curriculo saeculorum iterum atque iterum emenso, ut perseveret non modò integerrima, verum instauretur etiam sine intervallis. Omnes singulique regnant non in solio, quod metuat humanas manus; sed in se ipsis et cum potestate, quae vicissitudinem non recipit. Neque enim opus habent deinceps a vili et imbelli populo commodata auctoritate se reddere terribiles. Sed nec jam vana illa diademata gestant, quorum augustus ad oculum splendor tot metus, tot curas celat. Coronas autem ferunt, impositas deorum manu, immunes ab injuria.

Telemachum, tum desiderio patris sui, tum spe reperiundi ejus suspensum in tam beatis locis, tantopere affecit pacatae jucunditas felicitatis, ut hic molestus ipsi non accidisset patris aspectus. Postea certe ad morituros homines coactus redire, adeo cruciabatur animo, ut exclamaret: Hi vero vitam, nos mortem vivimus. Ceterum illud vehementer juvenem concussit, quod tot reges

nige im Tartarus gestraft zu sehen, und nur wenige derselben in Elysium zu finden. Hieraus ersah er, daß es nur wenige geben müßte, die Standhaftigkeit und Muth genug hätten, ihrer eignen Macht Schranken zu setzen, und die vielen Schmeichler von sich zu entfernen, die nur das Feuer ihrer Leidenschaften anfachen, daß also gute Könige sehr selten, und die meisten unter ihnen so schlimm seyn müßten, daß die Götter ungerecht wären, wenn sie sie nicht nach ihrem Tode bestraften, nachdem sie geduldet hatten, daß sie ihrer Macht während ihres Lebens mißbrauchten.

Als Telemach unter diesen Königen seinen Vater nicht fand, suchte er wenigstens mit den Augen den göttlichen Laertes, seinen Großvater. Während er sich vergebens nach ihm umsah, näherte sich ihm ein ehrwürdiger Greis von hohem Ansehen. Er glich nicht jenen Greisen auf der Erde, die die Bürde der Jahre niederdrückt. Man erkannte nur, daß er in einem hohen Alter gestorben war. Seine Gestalt zeigte die ganze Würde des Alters mit aller Annehmlichkeit der Jugend verbunden; denn die jugendlichen Reitze entfalten sich aufs neue bey den hinfälligsten Greisen, so bald sie den Wohnsitz der Seligen betreten. Dieser Mann ging schnell auf Telemach zu, und blickte ihn mit Freundlichkeit an, wie man einen Menschen anblickt, für den man Liebe fühlt. Telemach, der ihn nicht kannte, war betroffen und verlegen.

Ich verzeihe dir gern, geliebter Sohn, sprach der Alte zu ihm, daß du mich nicht kennest. Ich bin Arcesius, der Vater des Laertes. Ich starb kurz zuvor, als Ulysses, mein Enkel, zur Belagerung von Troja zog, und damahls warst du noch ein kleines Kind, das in den Armen seiner Amme lag. Schon damahls faßte ich große Hoffnungen von dir, und du täuschtest sie nicht, denn ich sehe, daß du in Pluto's Reich herabgestiegen bist, deinen Vater zu suchen, und daß die Götter dein Unternehmen begünstigen. Glückliches Kind! Die Götter sind dir hold, und bereiten dir einen eben so hohen Ruhm als deinem Vater. Auch ich fühle mich glücklich, dich wieder zu sehen! Suche deinen Vater nicht länger an diesem Orte; er lebt noch, und es ist ihm vorbehalten, unser Haus in Ithaka wieder zu seinem al-

ten

viderat in tartaro, tam fere nullos in Elysiis. Inde ergo intellexit, reges paucos habere sat constantis animi et ad se, et ad vincendas tot adulatorum blanditias, qui omnes regum cupiditates vinculis liberant. Bonorum ergo regum perexiguus est numerus; malorum vero adeo magnus et detestabilis, ut ab aequita te deficerent dii, nisi extractos e vivis damnarent supplicio, postquam tam diuturnum abusum regiae potestatis non repugnanter indulsere.

Dum hos inter reges genitorem Telemachus nusquam videt, avum ergo, divinum Laertem, oculis putabat requirendum. Id nequicquam actitanti supervenit venerabilis et augusta forma senex, cujus aetas alia erat atque illorum, quos, dum vivunt, in terram pondus annorum inclinat. Notae tantum supererant, ante mortem natu grandiorem eum fuisse. Quidquid gravitatis senium, juventus suavitatis habet, in illo se collegerat; sub ipsum quippe in Elysios agros introitum senibus etiam effetis ornamenta redduntur viridioris aetatis. Festinato se offerens, Telemachum perhumaniter, et mirifice diligentis specie intuetur, multum et anxie haesitantem in ignoti hominis aspectu.

At ille: Condono tibi, inquit, mi fili, ignorantiam mei. Arcesium vides, Laertae patrem. Vivere desii fere, cum Trojanam profectionem ingrederetur Ulysses nepos. Tu vero inter nutricis ulnas tum agebas aetatem primulam. Ex eo jam tempore indolem tuam in spe optima posui; et recte quidem. Video te ad Plutonis regnum ad quaerendum patrem descendisse; video huic voluntati tuae non refragari deos. Fortunate fili! amant te dii, et cum Ulyssis gloria eunt conjunctum tuam. Sed et fortunatum me, quod rursum te aspicio. Cessa hic Ulyssem investigare loci. Vivit, et vivit ad familiae nostrae in Ithaca resuscitandum decus. Laertes carpit adhuc vitales

ten Glanz zu erheben. Auch Laertes, obwohl von der Bürde der Jahre niedergedrückt, freut sich noch des Lichtes der Sonne, und harrt seines Sohnes, damit dieser ihm die Augen schließe. So vergehen die Menschen, wie die Blumen des Feldes; die des Morgens ihre Knospen öffnen, und am Abend verwelkt sind, und nicht mehr geachtet werden. Die Geschlechte der Menschen eilen vorüber, wie die Wellen eines schnell dahin fließenden Stromes. Unaufhaltsam fliegt die Zeit, und reißt mit sich fort, was so fest gegründet scheint. Auch du, mein Sohn, mein geliebter Sohn, der du dich jetzt dieser blühenden Jugend freust, die so reich an Vergnügen ist, auch du mußt nicht vergessen, daß die liebliche Blume der Jugend fast eben so schnell vertrocknet, als sie ihre Blätter entfaltet. Du wirst dich verwandeln, ohne es gewahr zu werden. Die lächelnden Grazien, die holden Freuden, die dich begleiten, die Stärke, die Gesundheit, das Vergnügen, alles wird verschwinden, gleich einem schönen Traum, und nichts wird dir bleiben, als die traurige Erinnerung an diese Güter. Das träge, freudenscheue Alter wird dein Gesicht mit Runzeln überziehen, deinen Körper krümmen, deine Glieder schwächen, die Quelle der Freuden in deinem Herzen vertrocknen, die das Gegenwärtige vergällen, die Zukunft in schreckhafter Gestalt zeigen, und dein Gefühl gegen alles abstumpfen, den Schmerz ausgenommen. Diese Zeit scheint dir noch fern zu seyn, aber du täuschest dich, mein Sohn, sie eilet mit schnellen Schritten herbey, schon ist sie zugegen. Was mit solcher Geschwindigkeit heran naht, ist nicht fern von dir, das Gegenwärtige aber, das von hinnen eilt, ist bald in weiter Entfernung von uns, denn es ist nicht mehr, indem wir davon reden, und kehret nie wieder. So verlasse dich denn nie auf das Gegenwärtige, mein Sohn, sondern richte deine Blicke auf die Zukunft, und stärke dich dadurch auf dem rauhen und mühseligen Pfade der Tugend. Bereite dir durch reine Sitten und durch Liebe zur Gerechtigkeit einen Platz an diesem seligen Wohnort der Ruhe. Nicht lange, so wird dein Vater sein Ansehen in Ithaka wieder erhalten. Dir ist bestimmt, nach ihm zu regieren. Aber ach! mein Sohn, wie täuschend ist die königliche Würde! Von ferne betrachtet,

auras, nutritque canos ultimos. Et ipse Ulyssem exspectat suum, qui morientis oculis imponat digitum. Homines ergo florum ad instar transeunt, qui mane exordiuntur vernantem adolescentiam, lapsi vespere aridum in senium, vestigia incedentium ferunt. Humanae vitae spatia celeritate transmittimus aquarum torrentium. Quid enim potest cursum reprimere temporis, vel illa, quae moveri non videntur posse, secum auferentem? Aetate hac tam florida, tam jucunda te ipsum fili, fili, inquam, velim meminisse, hunc annorum tuorum florem florem esse, vivendi non lentius maturaturum finem, quam maturavit initia. Haec venustatis jucunditas, haec ad delectandum suavitas, videbis, ut ipsam se destituat. Dilabetur robur, valetudo, alacritas tamquam formosae inter somnum imagines, nec nisi tristem relinquent sui memoriam. Tum exhausta et ab oblectationibus aliena senectus adrepet: rugis te obseret: corpori erectum habitum, vigorem artubus demet: exsorbebit fontes, unde tuae in animo laetitiae: obruet te nausea praesentium: terrebit metu futurorum: languenti denique stuporem ad omnia, nisi quae dolent, immittet. At enim longe absunt haec tristia? Imo properant; imo jam imminent. Neque enim a te procul esse putandum est, quod tanta celeritas advehit. Sed et ipsum praesens, quod praeterlabitur, jam est procul a te, quando, dum loquimur, desinit adeo, ut in posterum haud valeat recuperari. Spes ergo tuas, fili, averte a praesentibus, et perseverans in ardua semita virtutis respice futura. Puritate morum et aequitatis industria in his aeternae pacis sedibus tibi para locum. Videbis deinceps, nec multo post, genitorem tuum pristinum recuperare decus in Ithaca. Et tu natus es quidem, ut ab eodem sceptrum accipias; at regiae o insignem fallaciam dignitatis! Quam si e longinquo aspicimus, grandescit, splendet, delectat; spinas et

verspricht sie lauter Vergnügen, Glanz und Größe, aber in der Nähe, wie sehr ist sie mit Dornen umgeben! Ein Privatmann kann ohne Schande sein Leben in ruhiger Verborgenheit hinbringen, aber ein Fürst würde sich entehren, wenn er einen behaglichen Müßiggang den beschwerlichen Geschäften der Regierung vorziehen wollte. Jeder seiner Untergebenen hat gerechte Ansprüche an ihn, und es ist ihm nie erlaubt, nur sich selbst zu leben. Auch seine kleinsten Fehler haben die bedeutendsten Folgen, denn sie machen ein ganzes Volk, und nicht selten auf Jahrhunderte unglücklich. Dem kühnen Laster sich entgegen zu stellen, die Unschuld zu schützen, die Verleumdung zu Schanden zu machen, dieß ist seine Pflicht. Er hat noch nicht genug gethan, wenn er nur das Böse unterläßt, er ist auch verbunden, alles das Gute zu thun, was auf die Beglückung des Staats einen Einfluß hat. Und es ist noch nicht genug, daß er nur für sich selbst recht handelt, er muß auch das Böse verhindern, das andere begehen würden, wenn man sie nicht im Zaum hielte. Fürchte dich also, mein Sohn, vor einem so gefährlichen Stande, und waffne dich mit Muth gegen dich selbst, gegen die Leidenschaften und gegen die Schmeichler.

Arcesius schien von einem göttlichen Feuer belebt zu seyn, als er diese Worte sprach. Der Kummer über die Uebel, welche mit der Königswürde verbunden sind, leuchtete aus seinem Gesichte. Uebernimmt man, fuhr er fort, die höchste Gewalt bloß zur Befriedigung seiner eigenen Begierden, so ist sie eine verabscheuungswürdige Tyranney; übernimmt man sie aber in der Absicht, seine Pflichten zu erfüllen, und ein großes Volk mit Vaterliebe zu leiten; so ist sie eine drückende Knechtschaft, welche den Muth und die Geduld einer Heldenseele erfordert. Indeß ist es eben so unläugbar, daß Fürsten, die ihr Amt mit tugendhafter Treue verwalten, im Besitze aller der Güter sind, die die Macht der Götter ertheilen kann, wenn sie Menschen vollkommen beglücken wollen.

Arcesius Worte senkten sich tief in Telemach's Herz; sie drückten sich demselben ein, wie sich die Bilder dem Erz eindrücken, die die Grabstichel eines geschickten Künstlers demselben eingräbt, um sie den Augen der

tribulos objicit intuenti propius. Licet vulgo sine noxa degere vitam solitariam, jucundam, otiosam; at non licet praeter honoris sui discrimen regibus, otia tranquillae vitae molestiis antehabere imperandi. Tenetur, quibuscunque praeest, necessitudine; nec suus esse umquam permittitur. Erroris etiam minimi, quem errat, quoniam nocet integris populis et per multas saepe aetates, talis semper est noxa, cui nec modus reperitur, nec ratio. Regis est coercere improbos, tueri innocentes, exstinguere criminationes, et calumnias. A malefactis non sufficit immunem eum esse; tenetur insuper ad recte facta incumbere, et, quibus res opus habet publica, providere. Quid? quod neque illud satis est, regem ipsum recte facere, nisi etiam mala impediat, quae homines, existente impunitate scelerum, committerent. Time igitur, fili, time vitam, quam vivere non possis sine periculo! Indue roboratam audaciam animo resistendi tibi, cupiditatibus, adulationi!

Visus est divinus quidam aestus incitare tam salubria monentem, intellexitque Telemachus ex oris habitu, eum disserere de malis, quae regiae dignitati adjunguntur, cum singulari miserationis affectu. Addidit senex: Regia potestas, propriae voluptatis ergo si suscipitur, monstrum et tyrannis est; summa vero servitus, servienda strenua heroicaque patientia, si caussa officii, et paterno in innumerabiles populos animo. Quamquam et illud certissimum est, qui vera cum virtute imperarunt, in his locis possidere, quantum ad perfectam absolutamque felicitatem potest facultas deorum tribuere.

Hi sermones, ut proferebantur ab Arcesio, haud leviter penetravere in juvenis animum. Imprimebant se pectori, quantum incisae periti artificis scalpro, ad serae posteritatis oculos transmittendae, imagines aeri. Flamma

entferntesten Nachwelt noch sichtbar zu machen. Gleich einem feinen Feuer, durchdrangen sie das innerste Wesen des Jünglings. Sein Herz fühlte sich erwärmt und erschüttert. Seine Seele, von einer höhern Kraft erweicht, schien in ihm zu zerfließen. Was er so in seinem Innersten empfand, lös'te sein Wesen unmerklich auf. Er vermochte weder diesem mächtigen Eindruck zu widerstehen, noch ihn zu ertragen, noch in sich zu verschließen. Es war ein durchdringendes Gefühl von Wonne, in welches sich etwas tödlich Peinliches mischte.

Allmählich begann Telemach wieder freyer zu athmen. Er erkannte in den Zügen des Arcesius eine große Aehnlichkeit mit Laertes; ihm däuchte sogar, er habe bey seinem Vater Ulysses, als dieser zur Belagerung von Troja reis'te, einige Aehnlichkeit mit diesen Zügen bemerkt.

Sein Herz fühlte sanfte Regungen bey diesen Rückerinnerungen; süße Thränen der Freude entquollen seinen Augen. Er wünschte, diesen geliebten Greis in seine Arme zu schließen; mehrere Mahle versuchte er es, aber vergebens; die Schattengestalt entzog sich seiner Umarmung, wie ein täuschender Traum einem Menschen entweicht, der ihn zu halten glaubt. Bald hascht sein dürstender Mund nach einem Wasser, das von ihm flieht, bald bewegen sich seine Lippen zu Worten, welche die starre Zunge nicht hervor zu bringen vermag, bald strecken sich seine Hände aus, er strengt sich an, und faßt nichts. So vermochte auch Telemach nicht, den Drang seines Herzens zu befriedigen. Er sah den Arcesius, er hörte seine Stimme, er sprach mit ihm, aber er konnte ihn nicht berühren. Endlich fragte er ihn, wer die Menschen seyen, die er um sich her erblicke.

Du siehest hier, gab ihm der weise Greis zur Antwort, die Menschen, welche die Zierde ihrer Jahrhunderte, der Stolz und das Glück des Menschengeschlechts waren. Du erblickst die kleine Zahl der Könige, welche würdig waren es zu seyn, die treuen Stellvertreter der Götter auf der Erde. Jene andern, welche du nicht weit von ihnen erblickest, und welche diese kleine Wolke von ihnen absondert, kamen ihnen an Ruhm bey weitem nicht bey. Zwar waren sie Helden; aber der Lohn, der ihrer Tapferkeit und ihren Thaten zu Theil wird, kommt

quaedem erant, cujus acutissimam vim Telemachi praecordia non valebant inhibere. Sentiebat se moveri, accendi. Divinum, nescio quid, erat, quo videbatur cor ejus liquescere. Gerebatque in intima sui parte aliquid, cujus occulto morsu consumebatur. Non retinere id poterat, non tolerare, non vim ejus repellere. Sensus quidam erat et vehemens et delicatus, mixtus doloribus, qui satis essent acuti ad exanimandum hominem.

Subinde Telemachus potitus liberiore spiritu, vidit Arcesii vultum Laertae persimilem esse. Recordari etiam quoquo modo, etsi non satis explicate, se putabat, hanc facilem oris conformationem multam in genitore, cum in Trojanum iter se daret, fuisse.

Ipsa vero haec recordatio tetigit juvenem; gaudio mixtae lacrimae decore fluebant. Cupiebat amplecti tam carum caput, et tentabat etiam, tametsi non crebrius, quam inutilius. Eximebat se amplexui elapsus spiritus, ut per somnum objecta dormienti, quam appetit, species. Nunc fugientes aquas insectatur siti perustis faucibus: nunc movet labia, moliturque verba, quae torpenti linguae frustra imperat: alias extendit nihil prehensuras manus. Ita neque Telemacho fas erat comprehendere, ad quod se ardor ejus exporrexerat. Percipiebat Arcesium visu: sentiebat aure: compellabat sermone; ceterum contingere manu non potuit. Coepit tandem, quinam circa eum viri essent, percontari.

Fuere isti, quos vides, senex inquit, ornamenta suorum temporum, et gloria felicitasque humani generis. Vides hic, quantulus regum illorum numerus, qui se dignos sceptro, et deorum in terris officium praestiterunt. Alios his proximos vides, ceterum nubecula separatos, qui longe inferiore gloria potiuntur. Quamquam enim heroes sunt: at nequit merces bellorum, quae gessere, cum prae-

in keine Vergleichung mit dem Lohn dieser weisen, gerechten und wohlthätigen Könige.

Unter diesen Helden ist Theseus; gemäßigter Gram blickt aus seinem Gesichte. Ihn traf das Unglück, einem arglistigen Weibe allzu leicht geglaubt zu haben, und noch trauert er über den grausamen Tod, den Neptun, auf seine ungerechte Bitte, über seinen Sohn Hippolyt verhängte. Der Unglückliche ließ sich zu schnell und zu leicht zum Zorn dahin reißen. Jener dort ist Achill; er stützt sich auf seine Lanze wegen der Wunde, die er von der Hand des feigen Paris an der Ferse empfing, und die sein Leben endigte. Die Götter würden ihm ein längeres Leben verliehen haben; wenn er eben so viel Weisheit, Gerechtigkeit und Mäßigung besessen hätte, als er unerschrocken war. Aber sie trugen Mitleid mit den Phtioten und Dolopern, über die er nach dem Tode des Peleus regieren sollte. Sie wollten diese Völker nicht der ungezähmten Willkühr eines Menschen unterwerfen, der leichter zu empören war, als das stürmische Meer. Die Parzen kürzten den Faden seines Lebens; er sank dahin, wie eine kaum geöffnete Blume, die die Pflugschar abmäht, und die hinfällt, noch ehe der Tag zu Ende ist, der sie aufblühen sah. Die Götter bedienten sich seiner, wie sie sich der reißenden Ströme und der Stürme bedienen, um die Verbrechen der Menschen zu strafen; sie gebrauchten ihn, Troja's Mauern zu stürzen, Laomedon's Meineid und die strafbare Liebe des Paris zu rächen. Nachdem er den Göttern zum Werkzeug ihrer Rache gedient hatte, war ihr Zorn versöhnt. Vergebens flehte Thetis mit Thränen die Götter für ihn um längeres Leben an; er sollte die Erde verlassen, wo er nur taugte, die Ruhe der Menschen zu stören, und Städte und Reiche umzustürzen.

Siehst du jenen dort mit der wilden Miene? Es ist Ajax, Telamon's Sohn und Achill's Verwandter. Es ist dir nicht unbekannt, welch hohen Ruhm er sich im Streite erwarb. Nach Achill's Tode glaubte er vor andern ein Recht an seine Waffen zu haben, dein Vater wollte sie ihm nicht abtreten. Die Griechen sprachen sie dem Ulysses zu, und Ajax tödtete sich aus Verzweiflung. Noch bricht Zorn und Wuth aus seinem

mio regum sapientum, justorum, et bene aliis facientium comparari.

Ecce in istis heroibus Theseum subtristi vultu. Versutae feminae (hoc infortunii sibi invenerat) minus cautam fidem habuit; et adhuc dolet, mortem filii sui Hippolyti a Neptuno se iniquis precibus impetrasse. Felicior nunc esset, si quondam ad iram tardior. Sed et Achillem aspice, hasta excipientem corpus, fatigatum ex vulnere, quod plantae ejus incussum feminea Paridis manu vitam heroi abstulerat, Si sapientia, si aequitate et temperantia aequasset imperterritum animum, diuturnum sceptrum ipsi annuissent dii. At miserti Phthiotarum Dolopumque, in quos hic Pelei dominaturus fuisset heres, noluerunt tot populos committere homini praefervido, et in furorem turbulento pelago proniori. Mutilavere Parcae, quod vitam ejus suspendebat, filum. Par vix nato flori, quem seu vomis decutit, seu ipse adhuc natalis vesper ornamentis exspoliat. Usui certe diis non fuit, nisi quem ex torrentibus et tempestatibus ad castiganda flagitia hominum consequuntur. Ad prosternenda Pergama ob Laomedontis perfidiam, et Paridis iniquos ausus Achille voluerunt uti. Erat instrumentum vindictae eorum, qua facinorosis adhibita, satiati, hunc pubescentem et supra vulgus militem, quoniam non nisi ad affligendos homines oppidaque et regna evertenda videbatur natus, neglecto Thetidis fletu judicabant in terris non diutius relinquendum.

En alium ibi torvo vultu! Ajax, Telamonis filius et Achillis propinquus est. Quantam ille ex rebus belli gestis laudem sibi paraverit, noveris utique. Contendebat post Achillis mortem, arma ejus uni sibi deberi, quae parens tuus neutiquam illi arbitrabatur concedenda. Ulyssi adjudicata sunt. Ergo ille violentas sibi inferre manus desperationis impetu. Aegritudo et furor emicant adhuc of-

Gesicht hervor. Nähere dich ihm nicht, mein Sohn, er würde glauben, daß du seines Unglücks spotten wolltest, und er verdient Mitleiden. Bemerkst du nicht, mit welchem Unwillen er auf uns blickt, und wie er sich schnell in jenes dunkle Gehölz verbirgt, weil wir ihm verhaßt sind? Auf jener andern Seite siehst du Hektor'n. Nie würde er besiegt worden seyn, wenn der Sohn der Thetis nicht zu gleicher Zeit mit ihm gelebt hätte. Dort geht Agamemnon vorüber; noch trägt er die Wunden, die ihm die Treulosigkeit der Clytemnestra schlug. Ach! mein Sohn, Schauder überfällt mich, wenn ich an das Unglück denke, welches das Geschlecht des Tantalus, dieses Frevlers, traf. Die Zwietracht der beyden Brüder Atreus und Thyestes hat dieses Haus mit Blut und Entsetzen erfüllt. Ach, wie zieht ein einziges Verbrechen so viele andere nach sich! Agamemnon führte die Griechen von der Belagerung von Troja zurück, aber er genoß den Ruhm nicht, den er sich erworben hatte. Dieß ist das Los fast aller Eroberer. Alle diese Menschen, welche du hier siehst, waren furchtbar im Streit, aber sie waren weder liebenswürdig noch tugendhaft, darum wurde ihnen auch nur der geringere Ort im Elysium zur Wohnung gegeben.

Jene andern regierten mit Gerechtigkeit; sie liebten ihr Volk, sie sind die Lieblinge der Götter. Indeß Achill und Agamemnon auch hier noch ihres Haders und ihrer Schlachten gedenken, ihre Gebrechen und Leiden fühlen, vergebens das Leben zurück wünschen, das sie verloren haben, und trauern, jetzt nichts mehr als ohnmächtige und nichtige Schatten zu seyn, genießen jene gerechten Könige, von göttlichem Lichte geläutert und genährt, einer Seligkeit, die ihnen nichts mehr zu wünschen übrig läßt. Mitleidig sehen sie auf die Bekümmernisse der Sterblichen, und die wichtigsten Angelegenheiten, die die ehrgeitzigen Menschen beunruhigen, dünken ihnen nur Kinderspiele. Ihre Herzen sind mit Wahrheit und Tugend gesättigt, die sie aus der Quelle schöpfen. Sie leiden nichts mehr durch sich selbst; sie haben keine Wünsche, keine Bedürfnisse, keine Furcht

fensi vultu. Propiorem cave fili te facias. Crederet te velle calamitati, quam subiit vera commiseratione dignam, illudere. Ut (quod advertis) nos acerbe respicit! Ut in obscuriorem nemoris partem festinanter se odio nostri coniicit! At e regione Hector eccum moratur ibi, invictus profecto, nisi aequalem ejus Thetis peperisset. Ecce tibi praetereuntem Agamemnonem, notisque cruentis vel adhuc loquentem Clytemnestrae scelus. Horresco, fili, quoties miserabiles casus huiusce ex Tantalo generis recordor, quod abominatione et sanguine foedarunt fraternae, Atrei et Thyestae, discordiae. Ut scelus unum caussa est aliorum magno numero sequentium! Agamemnon posteaquam exTrojana obsidione imperator deportasset Graecorum exercitum, non potuit bellicae fructu laudis cum otio frui. Atqui hoc idem fatum est omnium, qui expugnandis regnis se dedere. Quoscunque hic vides, bello fuerunt terribiles. Quoniam vero nec humanitatem, nec virtutem coluerunt serio, secundas tantum in sedibus beatorum tenent.

At praesentes isti exercuere justum imperium, eosque amaverunt, in quos exercuere. Amici deorum sunt. Dum Achilles et Agamemnon fervent consuetis rixis et contentionibus, atque adhuc conflictantur cum molestiis praeteritae vitae suique vitiis ingenii; dum vitam, quam perdiderunt, prosequuntur gemitu, eosque piget non nisi imbelles inanesque spiritus se esse; reges illi, a justitia commendandi, divino lumine, quo nutriuntur, probe castigati, felicitatis beatissimam copiam possident. Contemplantur molli animo turbas mortalium, summasque res, quibuscum dimicat humana ambitio, in contentionibus ponunt infantiae. Satiantur intelligentia rerum et virtutis, quam ex ipsis originibus petunt; non jam sibi ipsis infesti, non obnoxii aut desi-

mehr; alles ist für sie zu Ende, nur ihre Seligkeit nicht, welche unvergänglich ist.

Betrachte, mein Sohn, diesen alten König Inachus, der das Königreich Argos gründete. Sieh dieses ruhige, dieses ehrwürdige Alter. Blumen sprossen unter seinen Tritten auf, sein leichter Gang gleicht dem Schweben eines Vogels. Er hält eine goldene Leyer in der Hand. Von ewigem Entzücken beseligt, singt er die Wunder der Götter. Seine Seele und sein Mund hauchen liebliche Wohlgerüche. Die melodischen Töne seiner Leyer und seiner Stimme entzücken Götter und Menschen. Dieser Lohn ward ihm, weil er die Menschen liebte, sie in die Mauern seiner neu erbauten Stadt aufnahm, und ihnen Gesetze gab.

Auf einer andern Seite unter jenen Myrthen siehst du den Egypter Cekrops, der zuerst in Athen regierte, in jener Stadt, die der Göttinn der Weisheit geheiligt ist, deren Nahmen sie trägt. Cekrops brachte heilsame Gesetze aus Egypten, das Griechenland Wissenschaften und Sitten gab, er zähmte die wilden Einwohner von Attika, und vereinigte sie durch das Band der Gesellschaft. Er war gerecht, menschlich, mitleidig. Er hinterließ sein Volk im Wohlstand, die Seinigen hingegen in mittelmäßigen Glücksumständen, denn er wollte nicht, daß seine Kinder nach ihm regieren sollten, weil er glaubte, daß andere der Oberherrschaft würdiger seyen.

Ich darf den Erichthon nicht übergehen, der in jenem kleinen Thale wandelt. Er war es, welcher den Gebrauch des gemünzten Silbers erfand. Seine Absicht war, den Handel zwischen den griechischen Inseln zu erleichtern, aber er sah auch die schlimmen Folgen voraus, welche diese Erfindung haben würde. Er sagte den Menschen: sorget vor allem, die natürlichen Reichthümer zu vermehren, welche allein einen wahren Werth haben. Bauet das Land, damit es euch Korn, Wein, Oehl und Früchte im Ueberfluß trage. Verschaffet euch zahlreiche Herden; ihre Milch nähre, ihre Wolle kleide euch; dann werdet ihr nie in den Fall kommen, die

deriis, aut inopiae, aut formidini. Absolverunt omnia excepto hoc gaudio, quod absolvi non potest.

Inachum hunc, pervetustum regem et auctorem Argivorum considera. Vides quanta illi in summa aetate mansuetudo et auctoritas. Invitant vestigia ejus subter nascentes rosae. Invidiam altilibus movet agilitate incedendi. Intercinente lyra, quam gerit manu, sopitisque sensibus perpetuo liber celebrat deorum miracula. Ambrosiae odor e labiis: e fidibus et gutture ad homines deosque afficiendos sonus. Haec scilicet praemia sunt caritatis, qua institutae a se civitati legibusque initiatum populum diligebat.

Altera parte infra illas myrtos vide sis Aegyptum Cecropem. Athenae, Palladis civitas, ex qua sibi induit nomen, primo illius imperiis paruit. Cecrops enim postquam salutares quasdam leges ex Aegypto, Graecarum scientiarum et morum patria, secum transtulisset, abstersa feritate urbes Atticas ad humanitatem et vinculum commune societatis instituit. Rex justus, humanus, misericors: reliquit superstitem vitae suae populum divitem, familiam duntaxat mediocrem: quoniam nolebat post se quemquam ex suis sceptrum capessere, cui reputabat digniorem manum ab aliis posse admoveri.

Non praetereundus in hac modica valle Erichthonius, qui rationem signandi argentum invenit primus; quod quidem eo spectabat, ut inter graecas insulas expeditiora essent commercia. At satis praevidebat, magnis incommodis vacare hoc inventum non posse. Ergo coactis concionibus: Naturales divitias, inquit, quoniam hae quidem verae germanaeque divitiae sunt, ut augeatis, omni vobis contentione est allaborandum. Colite terram ad frumenti, vini, olei, fructuumque comparandam copiam. Rei pecuariae, unde lac alendo corpori,

Armuth fürchten zu müssen. Je mehr Kinder ihr habt, je reicher seyd ihr, wenn ihr sie anders an die Arbeit gewöhnt habt, denn die Erde ist unerschöpflich, und ihre Fruchtbarkeit steigt mit der Zahl ihrer Bewohner, die sie anbauen. Sie lohnt ihre Mühe reichlich, und nur gegen diejenigen ist sie karg und unfreundlich, die ihren Anbau vernachläßigen. Strebet also vornehmlich nach wirklichen Reichthümern, die die wahren Bedürfnisse des Menschen befriedigen. Des gemünzten Silbers bedienet euch nur dann, wenn es die Noth erfordert, wenn ihr gegen Auswärtige Kriege zu führen habt, die ihr nicht vermeiden könnet, oder um die nothwendigen Waaren einzutauschen, die euerm Lande mangeln; denn es wäre zu wünschen, daß kein Handel mit Dingen getrieben würde, die nur zu Unterhaltung der Pracht, der Eitelkeit und der Ueppigkeit dienen.

Der weise Erichthon sagte oft: wie sehr fürchte ich, meine Kinder, euch ein schädliches Geschenk gemacht zu haben, indem ich euch den Gebrauch des Geldes lehrte! Ich sehe voraus, daß er den Geitz, die Ehrsucht, die Prachtliebe erwecken, und eine Menge schädlicher Künste in Gang bringen wird, die die Sitten erschlaffen und verderben, daß es euch den Geschmack an jener glücklichen Einfalt rauben wird, von welcher Ruhe und Sicherheit des ganzen Lebens abhängt, und daß es auch den Ackerbau in Verachtung bringen wird, den Grund des menschlichen Lebens, und die Quelle aller wahren Güter. Aber die Götter wissen es, daß ich reine Absichten hatte, als ich euch diese Erfindung, die an sich selbst nützlich ist, mittheilte. Endlich, als Erichthon sah, daß das Geld den Sitten des Volks verderblich ward, wie er es geahndet hatte, entwich er aus Betrübniß auf einen öden Berg, wo er, arm und von allen Menschen getrennt, bis zu einem hohen Alter lebte, ohne irgend einen Antheil mehr an der Regierung nehmen zu wollen.

Kurze Zeit nach ihm erschien der berühmte Triptolemus in Griechenland, den Ceres die Kunst gelehrt

lanae operiendo proveniunt, pro viribus quisque insistite. Ita semper profligabitis inopiam. Quot vobis liberi, tot adiumenta gignentur, si ad laborem eos institueritis, ditescendi. Exhauriri nequit telluris foecunditas, crescit pro numero incolarum, qui illi justam dant operam, cujus quidem largam mercedem reportant, ut, qui segniter colunt, vel tenuissimam vel nullam. Veras, inquam, divitias, quae ad veram necessitatem hominum faciunt, omni diligentia quaerite. Jam aes signatum nequaquam curabitis amplius, quam aut ad bella necessaria opus erit foris gerenda, aut ad mutationem mercium, quibus patria terra destituitur; tametsi usum rerum, quae uni luxuriae, vanitati, illecebris inserviunt, omnino censeam abolendum.

Illa porro verba Erichthonio familiaria fuere: vereor, filii, ne inventa moneta rem vobis invenerim pestiferam. Ut jam nunc mihi praesagit animus, gignet avaritiam, fastum, insolentes spiritus. Artes alet sine numero, quarum fructus unicus mollities et corruptela morum. Pacatae securitatis fulcrum unum, beatam simplicitatem, vertet in nauseam. Agri culturam, illam basin humanae vitae, scatebramque omnium, quae vere bona sunt, in rebus ignominiae ponet. Ego vero deos testor, id inventi genus, quod per se commodis suis non caret, me vobis vera sanctissimaque voluntate tribuisse. Tandem Erichthonius animadvertens (id quod praeviderat) populos ob pecuniam vergere in deterius, se prae dolore in montem horridum incultumque abdidit, ubi ad ultimum senectutis inopem vitam tulit et solitariam, omniaque quae vel speciem praeferebant magistratus, a se ut aliena removit.

Haud multo post Erichthonium surrexit in Graecia Triptolemus, insigne nomen, quem Ceres erudivit agri

hatte, das Feld zu bauen, und es alle Jahre mit goldnen Aehren zu bedecken. Zwar kannten die Menschen schon das Getreide, und wußten es durch den Samen zu vervielfältigen, aber sie verstanden den Ackerbau noch nicht vollkommen. Da kam Triptolemus, von Ceres gesandt, den Pflug in der Hand, und both die Geschenke dieser Göttinn allen denjenigen an, die Muth genug hatten, ihre natürliche Trägheit zu überwinden, und mit anhaltendem Fleiße zu arbeiten. Nicht lange, so lernten die Griechen, von Triptolemus unterwiesen, in die Erde eindringen, ihren Schooß öffnen, und sie fruchtbar machen. Bald sanken die goldnen Aehren welche die Gefilde bedeckten, unter der scharfen Sense des rüstigen und unermüdeten Schnitters. Die wilden und rohen Völker sogar, welche in den Wäldern von Epirus und Aetolien umher irrten, und sich von Eicheln nährten, nahmen mildere Sitten an, und unterwarfen sich Gesetzen, als sie gelernt hatten, das Getreide zum Wachsthum zu bringen, und sich von Brod zu nähren. Triptolemus lehrte die Griechen, wie glücklich diejenigen seyen, die ihren Reichthum bloß ihrem Fleiß zu danken hätten, und in ihren Feldern alles fänden, was dem Leben Reitz und Bequemlichkeit geben könne. Glücklich durch den Besitz dieser einfachen und unschuldigen Güter, die der Ackerbau verschafft, erinnerten sie sich der weisen Lehren Erichthons. Sie sahen das Geld und alle erkünstelte Reichthümer mit Verachtung an, jene Reichthümer, denen nur die Meinung einen Werth gibt, die die Menschen reitzen, schädlichen Vergnügungen nachzugehen, und sie von der Arbeit entwöhnen, die ihnen wahre Güter gewähren, ihre Sitten rein erhalten, und ihre Freyheit sichern würde. Man überzeugte sich, daß ein fruchtbares, wohlangebautes Feld der wahre Reichthum einer Familie sey, die weise genug ist, die Genügsamkeit ihrer Voraltern nachzuahmen. Wie glücklich würden die Griechen seyn, wenn sie diesen Grundsätzen treu geblieben wären, die so geschickt waren, ihre Macht, ihre Freyheit und ihr Glück zu sichern, und die dieser Vortheile auch durch Festigkeit in der Tugend würdig gewesen wären! Aber

ach!

cultura, qua is annuam messim praestare valeat. Jam tum quidem homines intelligebant frumentorum nomenclationem, quaque augeantur ratione ex seminibus; ceterum artem ipsam colendi agri non callebant. Adest ergo a Cerere missus Triptolemus, tenensque burim manu, offert deorum munera quibusque populis, ab amico segni naturae otio strenue se translaturis ad opus. Protinusque Graecos docet glebam scindere, perruptoque sinu ejus, praeparare ad fertilitatem. Subinde videre fuit exiguo temporis intervallo messores incenso nec infracto laboribus animo per agros omnes expedita falce stragem flaventibus aristis immittere. Gentes barbarae indomitaeque, quae in Epiri et Aetoliae silvis ad investigandas, unde victitarent, glandes palabantur dispersae, ipsae induere humanitatem coeperunt, edoctaeque disciplinam frumentorum, et panem accommodandi cibo, publicis moribus et legibus vivere. Concessum tum Graecis est auctore Triptolemo sentire, quam dulce sit, praeterquam labori suo divitias suas debere nemini, atque in propriis agris, quidquid ad commode et beate vivendum esset satis, reperire. Enimvero hac tam simplice, quam non iniqua copia, quae cum agrorum est conjuncta cultu, admonebantur, quam salubria Erichthonius suasisset. Incipiebat ipsis vilescere pecunia, et quascunque opes ex artium usu comparamus; quae non nisi ex aestimatione opes sunt, et illecebra hominibus ad voluptates, ac fastidium laboris, qui unus sinceras fortunas et ingenuos mores praeter summam libertatem impertitur. Patuit ergo omnibus, fertile solum cultumque verum thesaurum illius gentis esse tam sapientis, ut a majoribus suis accepta frugalis vitae exempla putet aemulanda. Felicem sane Graeciam, si his praeceptis institisset, quibus licebat potentiam libertatem resque prosperas, et operam dando sinceras

ach! vom Glanze falscher Reichthümer geblendet, fangen sie jetzt an, die wahren zu vernachläßigen, und den Geschmack an jener glücklichen Einfalt zu verlieren. O, mein Sohn, einst wirst auch du regieren, und dann vergiß nicht, die Menschen zum Ackerbau zurück zu führen, diese Kunst zu ehren, diejenigen zu unterstützen, die sich derselben widmen, und nicht zu dulden, daß die Menschen ihr Leben im Müßiggang hinbringen, oder solche Künste treiben, die der Ueppigkeit und Weichlichkeit fröhnen. Du siehst, wie sehr diese beyden Menschen, die einst so weise regierten, von den Göttern geliebt sind. So sehr der milde Frühling den beeis'ten Winter, und so sehr das strahlende Licht der Sonne den Schimmer des Mondes übertrifft, so sehr überstrahlt ihr Ruhm den Ruhm Achills und der andern Helden, die sich nur in den Schlachten hervor thaten.

Arcesius bemerkte, daß Telemach während seines Gesprächs seine Blicke stets auf ein Lorberwäldchen und einen kleinen Bach richtete; dessen Ufer mit Veilchen, Rosen, Lilien und andern wohlriechenden Blumen bekränzt waren, deren blendende Farben den Farben der Iris glichen, wenn sie vom Himmel zur Erde herab steigt, den Sterblichen den Willen der Götter zu verkünden. Telemach erkannte an diesem anmuthsvollen Orte den großen Sesostris. Höhere Würde umgab ihn, als einst auf Aegyptens Thron; ein mildes Licht strahlte aus seinen Augen, das Telemachs Augen blendete. Er schien trunken von Nektar, in so hohes, alle menschliche Begriffe übersteigendes Entzücken hatte ihn der göttliche Geist gesetzt, um seine Tugenden zu lohnen.

O, mein Vater, sprach Telemach zu Arcesius, ich sehe dort den Sesostris, jenen weisen König von Aegypten, den ich vor kurzen noch daselbst sah. Er ist es, antwortete Arcesius, und sein Beyspiel kann dich lehren, mit wie freygebiger Hand die Götter gute Könige lohnen. Aber wisse, daß ihm eine Seligkeit be-

virtuti perpetuae salutis munus consequi. At pro dolor! Jam eidem magni falsae sunt divitiae; verae sordent. Simplicitas, cuius vis tam mira, habetur despicatui. At tu, fili, qui in solio quondam residebis, memineris tum, revocare populos ad studium agriculturae, evehere hanc artem, eam exercentes levare subsidio, prohibere denique, ne quis vel otio se dedat, vel institutis ad luxum. Talia quoniam his ambobus fuerunt curae, idcirco istis in locis fruuntur deorum benevolentia. Sic habe, fili, dignitate et gloria eos tantum praecedere Achilli ceterisque, quorum solis in bellis enituit decus, quantum pubescentis veris amoenitas Caucaseae hiemi, solisque jubar magnificum lunae non tam lumini quam pallori.

Adverterat Arcesius, dum hujusmodi praeceptis nepotem instituit, eum subinde immemorem oculum declinare in silvulam lauris consitam, rivulumque marginibus devolventem se, quos praeter alias horti delicias, quae odore valent, violis, rosis, liliisque mitior natura obseverat, ea specie, quam iridi conspicimus inesse, cum in terras ad ferenda deorum mandata labitur. Ibi Sesostrem regem Telemachus aspexit magnificentia incredibiliter, quam illa Aegyptii solii, ampliore. Prodibant ex oculis radii, qui, quantumvis lenes aptique ad demulcendum, obruebant juvenis utrumque lumen. Potuisset intuentibus videri abunde nectaris bibisse: tam non mediocris erat animi ejus per divinum spiritum a sensibus discessus; qui ut nulla ratione percipitur, ita mercedem dependebat regiae virtuti.

Tum vero Telemachus ad Arcesium: video, inquit, mi pater, quem non diu est, cum in Aegypto sua vidi, Sesostrem regem. Hunc ipsum, Arcesius respondet, et exemplum liberalitatis vides, qua praemia bonorum regum adornare amant dii. At enim haec omnis felicitas nul-

stimmt war, gegen die seine jetzige verschwinden würde, wenn er nicht, von zu hohem Glück berauscht, der Mäßigung und der Gerechtigkeit vergessen hätte. Das heftige Verlangen, den Stolz und den Uebermuth der Tyrier zu demüthigen, trieb ihn, sich ihrer Stadt zu bemächtigen. Diese Eroberung machte ihn lüstern nach andern. Der eitle Ruhm, ein Eroberer zu heißen, verführte ihn. Er unterjochte, oder vielmehr, er verwüstete ganz Asien. Er kehrte nach Aegypten zurück, woselbst sein Bruder die Regierung an sich gerissen, und durch seine Ungerechtigkeiten die besten Gesetze des Landes verkehrt hatte. So hatten also seine großen Eroberungen zu nichts gedient, als sein eigenes Königreich zu zerrütten. Aber was ihn am strafbarsten machte, war, daß er von seiner eigenen Größe schwindlig wurde. Er ließ die stolzesten unter den Königen, die er besiegt hatte, an seinen Wagen spannen. In der Folge erkannte er seinen Fehler, und schämte sich seiner Unmenschlichkeit. Dieß war die Frucht seiner Siege, und solche Unfälle bringen Eroberer über sich und ihre Staaten, wenn sie die Länder ihrer Nachbarn an sich zu reißen suchen. So sank ein König von seiner Höhe herab, der sonst so gerecht, so wohlthätig war, und so wurde er der hohen Glückseligkeit verlustig, die die Götter für ihn bereitet hatten.

Siehst du nicht diesen andern, mein Sohn, mit der glänzenden Wunde? Es ist ein König aus Carien, Dioklides genannt. Er opferte sich selbst in einem Treffen für sein Volk; denn in einem Kriege zwischen den Cariern und Lyciern hatte das Orakel den Ausspruch gethan, daß dasjenige Volk siegreich seyn würde, dessen König umkäme.

Betrachte jenen andern; er ist ein weiser Gesetzgeber. Er gab seinem Volke Gesetze, die es gut und

la est ad eam, quae illum manebat, nisi fortuna, propitia praeter modum, constituisset eum belligerantem moderationis et justitiae neglectae reum. Nempe ardore premendi Tyriorum insolentiam ad urbem ipsorum impellebatur perdomandam. At haec ipsa victoria protinus desiderium accendebat arma eadem propagandi sorte, vanaque opinione bello invictorum hominum prolapsus in eorum vestigia, populabatur Asiam. Reversus in Aegyptum, fratrem vidit asserto sibi sceptro, et abusu vindicatae sibi potestatis optimas leges evertisse. Itaque ingentes armorum suorum progressus haud alium tulere fructum, nisi quod in regno suo domesticae cursum tranquillitatis stiterunt. De cetero maximum probrum ejus in insano quodam amore dignitatis suae fuit. Quippe importunissimos quosque regum, quos vicerat, jungebat currui. Quamquam hanc maculam crudelitatis haud ignoravit perpetuo, sed ruboris tandem argumentum inde petiit. Quae quidem cum ex victoriis ejus incommoda sint nata: facile intelliges, provinciarum domitores, quando finitimorum quieti regnisque insidiantur, sua ipsorum regna et provincias, quin et se ipsos oppugnare. Certe rebus alioqui tam justi, tamque benefici regis istud non modo cladem intulit, sed vel nunc destinatae a diis gloriae partem decerpit.

Numquid et alium ibi vides, fili, cuius e vulneribus mirabilis splendor emanat? Rex quidam est Cariae. Dioclidem dixere. In pugna se obtulit caedendum pro populo, quoniam oraculum docuerat, bellum inter Carios et Lycios gentem illam evicturam, cujus rex occubuisset in acie.

Alterum illum considera. Legislator est, sapientiae acumen delicatum sortitus. Postquam enim civibus suis

glücklich machen konnten, und ließ es schwören, keines dieser Gesetze während seiner Abwesenheit zu verletzen. Alsdann entfernte er sich, verbannte sich selbst aus seinem Vaterland, und endigte sein Leben in Armuth in einem fremden Lande, um seinem Volke durch diesen Schwur die Verbindlichkeit aufzulegen, diese heilsamen Gesetze nie zu übertreten.

Der, den du dort siehest, ist Eunesimus, König der Pylier, einer der Ahnherrn des weisen Nestor. Eine Pest verheerte die Erde; die Ufer des Acheron waren mit den Schatten der neuen Ankömmlinge bedeckt. Er flehte zu den Göttern, mit seinem Tode für so viele tausend Unschuldige büßen zu dürfen, um ihren Zorn zu versöhnen. Die Götter erhörten seine Bitte und ließen ihn hier die wahre Krone finden, von welcher alle Kronen der Erde nur schwache Bilder sind.

Jener mit Blumen bekränzte Greis ist der berühmte Belus. Er herrschte in Aegypten, und vermählte sich mit Anchinon, der Tochter des Gottes Nilus, der seine Quellen den Augen der Menschen verbirgt, und die Länder befruchtet, die er mit seinen Gewässern überströmt. Er hatte zwey Söhne, den Danaus, dessen Geschichte du kennest und den Aegyptus, der diesem schönen Lande seinen Nahmen gab. Belus glaubte sich reicher durch den Ueberfluß, den er seinem Volk verschaffte und die Liebe seiner Untergebenen, als durch alle Abgaben, die er ihnen hätte aufbürden können.

Alle diese Menschen, die du für todt hältst, mein Sohn, leben, und das jammervolle Leben auf der Erde ist der wahre Tod; nur die Nahmen sind verwechselt worden. Möchten dich die Götter leiten, mein Sohn, möchtest du durch Tugend diese Glückseligkeit verdienen, die nie endigen und durch nichts gestört werden kann! Säume dich nun nicht länger; eile, deinen Vater zu suchen. Ach, ehe du ihn findest, wie viel Blut

id genus tulisset leges, quibus et virtuti eorum et felicitati consulebatur: jusjurandum jussit ab omnibus interponi, legum istarum, quamdiu ipse abesset, nullam se violaturos. Quo facto profectus e patria sponte perpetuoque exul, in extrema rerum inopia apud exteram gentem obiit, ut hac fide populum suum ad perpetuam legum tam salubrium observantiam obstringeret.

Est porro, quem illic prae oculis habes, Eunesimus, rex Pyli, atque unus eorum, qui sapientem Nestorem praecessere in imperio. Pestifera lue exspoliante terras, ripasque Acherontis obserente hospitibus umbris, precabatur is deos, si morte sua fas esset noxam redimere tot populorum, ponerent ipso sublato irae modum. Compotem piissimi voti, huc loci et ad veram regis dignitatem transtulerunt, ad quam mortalium regum splendidissima insignia vix umbrae merentur nomen.

At ecce! senex, qui illac subit coronatus serto, Belus est, de quo tam multa fama. Regnabat in Aegypto. Anchinoen acceperat nuptui, filiam Nili dei, cujus aquae tam sunt ignotae suis a fontibus, quam ad conserendas terras, in quas inundant, salubres. Erant duo filii ejus, Danaus, cuius tibi nota historia, et Aegyptus, ex quo illustrissimo imperio nomen. Belus tum ob fortunas, quibus augebat suos, tum ob amorem in quo erat suis, longe quam ab imperatis tributis se aestimabat copiosiorem.

Hi homines, quos tu, fili, excessisse putas e vivis, vivunt, et adeo, ut vita, quae mortalibus inter miserias defluit, mortis quaedam mereatur species haberi. Sola inter se nomina mutata sunt. Dii te velint tanta probitate instruere, quae dignum ista vita te faciat, tam fortunata, aeterna, tranquilla! Abitum hinc propera, ad quaerendum genitorem hora te revocat. Quem prius, quam invenias, quantum visurus es heu! manare sanguinis! quan-

wirst du noch fließen sehen, aber auch welcher hohe Ruhm erwartet dich in Hesperiens Gefilden! Erinnere dich der Lehren des weisen Mentor, folge ihnen, und dein Nahme wird groß seyn unter allen Völkern, und alle Jahrhunderte werden ihn nennen.

Er sprach's, und geleitete Telemach alsobald zu dem elfenbeinernen Thor, das aus dem Reiche Pluto's führte. Telemach schied von ihm mit bethränten Augen, ohne ihn umarmen zu können. Er verließ diesen dunkeln Aufenthalt, und nachdem er die zwey jungen Kreter wieder gefunden, die ihn bis zur Höhle begleitet, und nicht gehofft hatten, ihn je wieder zu sehen, kehrte er eilends ins Lager der Verbündeten zurück.

tum autem et manare in te ex Hesperia visurus es gloriae! Consilia sapientissimi Mentoris monitaque fac numquam dimittas ex animo. Quae si sequenda statueris, fama nominis tui ad omnes gentes, temporumque aetates perveniet.

Protinusque Telemachum ad eburneam portam deduxit, qua Plutonii regni caligines permittunt exitum. Discessit ab eo juvenis cum fletu, et inter desideria inania ultimi amplexus. Inferiorum ergo locorum exsolutus tenebris, posteaquam ad Cretenses illos, qui, petenti ad fatalem specum comites, inde reversurum interea desperaverant, rediit, ad castra sociorum festinavit reditum.

XX. Buch.

Die Häupter versammelten sich, zu berathschlagen, ob sie sich Venusia's bemächtigen sollten. Es war eine feste Stadt, und Adrast hatte sie vormahls seinen Nachbarn, den paucetischen Apuliern entrissen. Um sich wegen dieser Beeinträchtigung Recht zu verschaffen, waren sie dem Bunde gegen ihn beygetreten. Adrast hatte sodann diese Stadt den Lukaniern in Verwahrung gegeben, um jene zu besänftigen; aber er hatte so wohl die Besatzung als ihren Anführer durch Geld auf seine Seite gebracht, so daß die Lukanier wirklich weniger Gewalt in der Stadt hatten, als er, und die Apulier, die ihre Einwilligung zu dieser Besetzung Venusia's gegeben hatten, sich in diesem Handel betrogen sahen.

Ein Bürger aus Venusia, Demophantes genannt, hatte den Verbündeten den geheimen Antrag gethan, ihnen bey nächtlicher Weile eines der Thore der Stadt zu öffnen. Der Vortheil, der ihnen angebothen wurde, war um so größer, da Adrast alle seine Lebensmittel und Kriegsvorräthe in ein nahe bey Venusia gelegenes Schloß gebracht hatte, das sich nicht halten konnte, wenn Venusia eingenommen war. Schon hatten Philoktet und Nestor für die Benutzung dieser günstigen Gelegenheit gestimmt, und alle übrigen Anführer durch das Ansehen dieser beyden Männer verführt, und verblendet durch den Vortheil einer so leichten Unternehmung, waren ihrer Meynung beygetreten. Aber Telemach both bey seiner Rückkehr alles auf, um sie von ihrem Vorhaben abzubringen.

LIBER XX.

Inter haec principes exercitus habuere consilium, utrum occupanda esset Venusia. Urbs erat a munitionibus firma, quam olim Adrastus Peucetis, vicino Apuliae populo, eripuerat. Unde ut hac levarentur injuria, adiunxerunt se foederi. Adrastus quidem ad mitigandos eorum animos Lucaniis urbem tradiderat tuendam. Ceterum muneribus corrupto alieno praesidio, praefectoque ejus, vere ipse magis rerum potiebatur in urbe, quam qui illam defendendam acceperant: Apuliis, quorum voluntate Lucaniis Venusiae custodiam demandarat, ea re delatis in fraudem.

Demophantes quidam Venusiae civis clam foederatos monuit, ope sua posse urbis portam unam de nocte occupari. Videbatur ea res ante alias usui futura, quippe Adrastus omnem belli apparatum commeatusque deportaverat in arcem, Venusiae adiacentem, urbe expugnata hostilem impetum non toleraturam. Jamque Philoctetes et Nestor tantam opportunitatem censentes haud esse negligendam, auctoritate sua, et mira occasione perficiendi consilii copiarum praefectos in sententiam suam adduxerant. Contra Telemachus reversus ab inferis, quantam potuit, operam dabat, ut alia persuaderet universis. Itaque:

Ich weiß, sagte er zu ihnen, daß wenn je ein Mensch verdient hat, durch List hintergangen zu werden, Adrast es verdient, er, der alle andere so oft betrogen hat. Auch sehe ich wohl, daß wenn ihr euch Venusia's durch schnellen Ueberfall bemächtigen solltet, ihr euch nur in den Besitz einer Stadt setzen würdet, die euch angehört, weil sie ein Eigenthum der Apulier ist, welche mit euch im Bunde stehen, und ich gestehe, daß ihr es mit desto größerem Schein von Recht thun könntet, da Adrast, der diese Stadt andern zur Verwahrung einräumte, die Besatzung und ihren Befehlshaber bestochen hat, um, sobald er es nöthig findet, sie selbst in Besitz zu nehmen. Endlich sehe ich wohl ein, daß, wenn ihr Venusia wegnehmet, ihr euch zugleich in den Besitz des Schlosses setzet, in welchem Adrast alle seine Kriesvorräthe aufgehäuft hat, und daß dieser furchtbare Krieg in zwey Tagen geendigt seyn würde. Aber sollte es nicht rühmlicher seyn, eher umzukommen, als durch so verwerfliche Mittel zu siegen? Sollten wir dem Betrug Betrug entgegen setzen? Werden wir es dulden, daß man von so vielen vereinigten Fürsten sage, daß sie, um den ruchlosen Adrast für seine Treulosigkeiten zu strafen, sich ähnliche Treulosigkeiten erlaubt haben? Ist es erlaubt, wie Adrast zu handeln, so ist dieser nicht strafbar, und wir sind nicht berechtigt, Rache an ihm zu nehmen. Wie? sollte das vereinigte Hesperien, sollten so viele griechische Pflanzstädte, so viele von Troja zurück gekehrte Helden keine andere Waffen haben, um die Verrätherey und den Meineid zu bestrafen? Schwort ihr nicht bey allem, was Menschen heilig ist, Venusia in den Händen der Lukanier zu lassen? Ihr sagt, die Lukanische Besatzung sey durch das Gold Adrasts bestochen: ich glaube es mit euch; aber noch steht diese Besatzung im Solde der Lukanier und sie weigert ihnen den Gehorsam nicht. Noch hat sie sich, wenigstens dem Scheine nach, auf keine Seite geschlagen, noch sind Adrast und seine Völker nicht nach Venusia gekommen. Der Vertrag besteht noch, und die Götter haben eurer Eidschwüre nicht vergessen. Soll man seine Zusage nur dann halten, wenn man keinen scheinbaren Vorwand hat, sie zu brechen? und werden wir unsern Schwüren nur dann treu bleiben, wenn

Non ignoro, inquit, socii principes, si quem mortalium ad hoc tempus aequum fuit circumvenire, Adrastum unum esse, cui adeo solemne est fraudum suarum praestigias universo hominum generi offundere. Satis praeterea compertum habeo, occupata per insidias Venusia, vos urbem non nisi vestram recuperaturos; vestram inquam, quia jure legitimo ab Apuliis possessa pars gentis est, vobis vinculo societatis adjunctae. Et si placet, fateor insuper, ex jure vos acturos propterea etiam, quod Adrastus, emta Lucaniorum, qui in praesidiis sunt, fide, habet, quoties sibi videbitur, urbis adeundae liberam copiam. Paucis: juxta vobiscum intelligo, capta Venusia, postridie in potestate vestra illud hostilis apparatus receptaculum, finemque belli tam horribilis futurum. At nonne praestat mori, quam hac ratione vincere? Numquid fraus propulsanda fraude? Permittetis scilicet ore posteritatis jactari, tot ad ulciscendas Adrasti fraudes et fallacias conjunctos reges et ipsos fefellisse. Adrastus culpa vacat, et recte scelerum suorum prosequitur vindices, si, quod ille perpetravit, nobis patrare culpae non ducimus. Ergone tot coloniis Graecorum obsita, tot ex illato Troiae incendio illustratis heroibus frequens Hesperia videt una haec arma sibi suppetere adversus scelestam perfidiam? Sacramenti religione tenemini non depellere Venusia Lucaniorum praesidium. At enim depravatum Adrasti pecuniis est. Neque ego id dubito. Accipit tamen stipendia a solis Lucaniis: eorum imperium nondum detrectavit: specie saltem utriusque partis amicitiam coluit. Nondum ille, nondum praefectorum ejus aliquis intravit Venusiam. Viget adhuc pactum; versatur adhuc in deorum memoria a vobis data fides. Aut tunc solum servanda fides, cum praetexi non potest illi violandae speciosum nomen? Jurataque verba tum demum religiosa incipiunt

nichts mit der Bundbrüchigkeit zu gewinnen ist? Wenn auch die Liebe der Tugend und die Furcht der Götter nichts mehr über euch vermögen, so müsse wenigstens eure eigene Ehre, euer eigener Vortheil euch rühren. Wenn ihr den Menschen das verderbliche Beyspiel gebet, daß man sein Wort brechen, und seinen Eid verletzen dürfe, um einen Krieg zu endigen, welche neuen Kriege werdet ihr nicht durch ein so frevelhaftes Verfahren veranlassen? Welcher eurer Nachbarn wird nicht mit Furcht und Abscheu gegen euch erfüllt werden? Wer, wenn ihn auch die Noth noch so sehr dränge, würde sich hinfort auf euch verlassen können? Welche Sicherheit könntet ihr geben, wenn es auch eure Absicht wäre, redlich zu handeln, und euch daran läge, eure Nachbarn von eurer Aufrichtigkeit zu überzeugen? Wird ein feyerlicher Vertrag euch Glauben verschaffen? Ihr habt einen gebrochen; ein Eidschwur? — Kann es ihnen wohl unbekannt seyn, daß die Götter in euren Augen nichts sind, sobald euch der Meineid Vortheile verspricht? Es wird also eben so wenig Sicherheit gewähren, Friede mit euch zu haben, als im Kriege mit euch begriffen zu seyn. Was ihr auch immer thun möget, man wird euch stets für heimliche oder erklärte Feinde ansehen, und alle diejenigen, welche so unglücklich sind, eure Nachbarn zu seyn, werden in immerwährender Furcht vor euch schweben. Zu allen Verhandlungen, wobey es auf Ehre, Rechtschaffenheit und Zutrauen ankommt, werdet ihr untüchtig seyn, und es wird nicht mehr in eurer Gewalt stehen, euern Zusicherungen Glauben zu verschaffen.

Aber fügte Telemach hinzu, lasset euch noch einen wichtigern Vortheil zeigen, der einen starken Eindruck auf euch machen muß, wenn ihr anders noch einiges Gefühl für Ehrlichkeit habt, und im Stande seyd, eure Wohlfahrt voraus zu sehen; ein so betriegerisches Verfahren bedroht euer Bündniß von innen und wird seine Auflösung befördern; euer Meineid wird Adrasten den Sieg über euch verschaffen.

Bey diesen Worten gerieth die ganze Versammlung in Bewegung; man fragte ihn, wie er behaup-

esse, cum quaestui non videtur ab iis desciscere? Quod si vos nec amor virtutis, nec reverentia deorum jam movet, at certe moveat honestas nominis, moveat vestra ipsorum utilitas. Quaero enim a vobis, si mortales reliqui tam pernicioso exemplo intelligent, ad relinquendam fidem vos desiderio finiendi belli posse induci: quae hac tam iniqua agendi ratione bella non excitabitis? Quotusquisque de finitimis pessima quaeque a vobis etiam invitus non metuet? In cujus non incidetis aversationem? Quis vel in maximis periculis ad vestram opem confugiet? Jam si forte simpliciter agere vobis in animo est, idque magni vestra refert ab affinibus credi, quod dabitis pignus? Agetis pacto? At hunc rem publicam transigendi modum profanastis. Jusiurandum interponetis? Ignorabitur tunc scilicet, spem commodi deorum favore potiorem a vobis duci. Pax ergo, quam inibitis, (quod ad vos) non plus securitatis habebit, quam bellum. Quidquid deinceps geretur a vobis, aut tecta aut aperta inimicitia reputabitur. Aeterni hostes eritis illorum, quos regionibus vestris iniquitas sortis propiores adiunxerit. Superabunt vires vestras, quaecunque erunt honeste, simpliciter et agenda cum fide. Nec ulla vocis relinquetur ratio, fidem promissorum vestrorum cuipiam hominum faciendi.

Est autem aliud praeterea commodum, illudque ante ea, quae nunc commemorata sunt, longe gravissimum, animisque vestris, nisi jam omnem sensum integritatis et propriae rationem salutis exuerint, id quod volo, persuasurum. Hujusmodi fraudulenta voluntas, inquam, domesticam calamitatem et exitium vestrae societati allatum ibit. Profanata fides inseret palmam in Adrasti manus.

Haec ultima universam concionem moverunt. Quaerebant autem, cur non dubitaret asserere, voluntatem,

ten könne, daß eine Handlung, die dem Bunde einen gewissen Sieg verschaffen würde, ihn zerstören würde. Wie ist es möglich, antwortete er, daß gegenseitiges Vertrauen zwischen euch Statt finde, wenn ihr einmahl Treu und Glauben, dieses einzige Band der Gesellschaft und des Zutrauens; gebrochen habt? Habt ihr einmahl den Grundsatz angenommen, daß es erlaubt sey, um eines großen Vortheils willen, die Gesetze der Ehrlichkeit und der Treue zu übertreten, welcher von euch wird dem Andern trauen, wenn er sich vorstellt, daß dieser Andere seinen Nutzen dabey finden könne, sein Wort zu brechen und ihn zu hintergehen? Wohin würde dieß führen? Wer unter euch würde nicht der List seines Nachbars durch seine eigene zuvor zu kommen suchen? Was muß aus einer Verbindung so vieler Völker werden, wenn sie, nach gemeinsamer Berathschlagung, unter sich einig geworden sind, daß es erlaubt sey, seinen Nachbar zu überlisten und sein gegebenes Wort zu verletzen? Zu welcher Höhe würde euer gegenseitiges Mißtrauen, eure Uneinigkeit und euer Bestreben steigen, euch unter einander zu zerstören? Adrast wird dann nicht mehr nöthig haben, euch anzufallen, ihr werdet euch hinlänglich unter einander selbst zerfleischen, und alle seine Treulosigkeiten werden gerechtfertigt werden. Weise und edle Fürsten, die ihr mit so viel Klugheit über unzählige Völker herrschet, verschmähet nicht den Rath eines Jünglings. Solltet ihr auch in die größere Noth gerathen, in welche der Krieg die Menschen bisweilen stürzt, eure Wachsamkeit und eure Anstrengung könnte euch wieder aus derselben retten, denn wahrer Muth läßt sich nicht unterdrücken; aber wenn ihr einmahl die Schranken der Ehre und der Rechtschaffenheit niedergerissen habt, so ist dieß ein unersetzlicher Verlust. Vergebens würdet ihr das Zutrauen wieder zu gewinnen suchen, das so nöthig ist, wenn man wichtige Zwecke erreichen will, vergebens euch bestreben, die Menschen wieder zur Tugend zurück zu führen, nachdem ihr sie gelehrt hättet, sie zu verachten. Was fürchtet ihr? Fehlt es euch etwa an Muth, den Sieg auch ohne Treulosigkeit zu gewinnen? Eure eigene Tapferkeit, durch die Macht so vieler Völker unterstützt, genügt sie euch nicht? Laßt uns

käm-

quae sociis afferret certam victoriam, societati eorum allaturam exitium? Ad quae Telemachus: Ecquis vestrum alterius committet se fidei, vinculum societatis unicum, fidem, si vel negligetis semel? Constituite hanc disciplinam, fas esse a praeceptis integritatis et fidei abire, ubi utilitas abeundi ulla exstiterit. Peto a vobis: Quis vestrum alteri confidere poterit, quando ex eo, quod non praestat, sed labefactat fidem, magnum fructum contigerit consequi? Quid fiet tum demum vobis? Quotusquisque nolet vestrum socii sui fallaciam praevertere dolis? Quid fiet magno vinculo tot populorum, si decernant junctis consiliis, nefas non esse socios occupare ex insidiis; juratis praestare contraria? Quae tum inter vos de vobis ipsis opiniones dubiae, quae discordiae, quae flammae, studiaque mutui mali ac ipsius denique interitus? Quid Adrasto opus armis? Vos ipsi odiis vestris obteremini. Vos ego, quorum tanta in gerendis rebus sapientia et magnanimitas, in regendis innumerabilibus populis tam diuturna exercitatio, vos ego obtestor: Nolite, quaeso, vobis reputare indignum audire meum, etsi adolescentis, judicium! Si in turbulenta illa mala, quibus subinde populos necesse est involvi bello, incideritis: potestis vigili cura, potestis virtute animi (semper enim clade superior fortitudo est) ab illis expediri. At si fidei honestatem propugnaculis spoliavit perfidia: malum ineluctabile, aeternum est. Nec illa amicitiae conjunctio, sine qua successus labant majorum negotiorum, tum instaurari, nec illa summa ratio virtutis a vobis potest resuscitari in animis hominum, quos eam aliquando docuistis contemnere. Quid timetis? Sine fraude vincere vos posse dubitatis? Virtus ergo vestra roburque tot gentium non sufficit? Agite! pugnemus! Moriamur, si ita fata

kämpfen, und eher im Kampfe erliegen, wenn dieß unser Loos ist, als den Sieg durch Niederträchtigkeit erkaufen. Adrast, der verworfene Adrast, ist in unsern Händen, wenn wir es nur verabscheuen, seine Niederträchtigkeit und Treulosigkeit nachzuahmen.

Hier endete Telemach seine Rede. Er fühlte, daß die süße Ueberredung ihm von den Lippen geflossen, und tief in die Herzen gedrungen war. Er bemerkte ein tiefes Schweigen in der Versammlung. Jeder dachte, nicht an seine Person, nicht an die Anmuth seiner Worte, sondern an die Stärke der Wahrheit, die aus dem Zusammenhang seiner Gründe hervor leuchtete. Erstaunen war auf allen Gesichtern gemahlt. Endlich hörte man ein dumpfes Gemurmel, das allmählig durch die ganze Versammlung lief. Einer sah den andern an, und keiner wagte es, zuerst zu reden. Man erwartete, daß die Anführer des Heers sich erklären würden, aber jeder hielt seine Empfindungen nur mit Mühe zurück. Endlich begann der weise Nestor also:

Würdiger Sohn des Ulysses, dich trieben die Götter zu reden, und Minerva, die deinem Vater so oft eingab, was er sprechen sollte, legte den weisen und edlen Rath, den du uns ertheiltest, in deine Seele. Ich sehe nicht den Jüngling in dir, ich sehe nur die Göttinn der Weisheit in allen, was du sagtest. Du führtest die Sache der Tugend. Ohne sie sind die größten Vortheile wahrer Verlust. Wer sie verläugnet, zieht sich bald die Rache seiner Feinde, das Mißtrauen seiner Bundesgenossen, den Abscheu aller Rechtschaffenen und den gerechten Zorn der Götter zu. So bleibe denn Venusia in den Händen der Lukanier, und unser Bestreben gehe einzig dahin, Adrasten durch Tapferkeit zu besiegen.

Er sprach's, und die ganze Versammlung gab diesen verständigen Worten Beyfall. Aber indem er seinen Beyfall ertheilte, sah jeder voll Verwunderung auf den Sohn des Ulysses; man glaubte ihn von Minerven begeistert, und ihre Weisheit aus ihm hervor leichten zu sehen.

Bald erhob sich im Rathe der Könige eine neuere

voluerint, prius, quam vincamus cum dedecore! Illud impietatis portentum Adrastus in manu nostra est, si indignitatem, si perfidiam ejus p gebit imitari.

Telemachus ubi finem sermoni imposuit, sentiebat ad persuadendum jucunda, intimisque animis auditorum recepta se dixisse. Erat ab omni concione silentium. Nemo quisquam aut Telemachum, aut quam suaviter, sed quam dixisset vera, meditabatur, ex iis perspicienda, quae e momentis rationum suarum deduxerat. Admiratio communis omnium et luculenta. Tandem occulti fremitus auditi, qui per totam concionem sensim manabant, haesitantem tamen adhuc inter mutuos aspectus, nullo laxare silentium auso. Exspectabantur e ducibus, qui, quid placuisset, edicerent, molestumque erat singulis trahere suspensum judicium. Tandem Nestor, qua pollebat gravitate dicendi:

Dii te, inquit, magnum ex Ulysse genus, aptavere ad hunc sermonem; et quae animum genitoris tui Minerva consuevit salutaribus cogitationibus imbuere, tibi suggessit, quod modo indicasti, prudens et magnanimum consilium. Non juventutem tuam respicio; sed dominantis in unoquoque verbo tuo Minervae numen revereor. Virtutem suscepisti defendendam, sine qua maximi fructus detrimentum, vindicta hostium, diffidentia sociorum, bonorum odia, ipsaque deorum indignatio in foribus. Retineat ergo et deinceps Venusia Lucaniorum praesidium; nos vero id unice demus operam, ut virtus nostra palmam Adrasto extorqueat.

His prudentissime dictis tota assensa est concio: simul cum admiratione Ulyssis filium quisque aspexit, existimans, se in hoc juvene Minervae sapientiam, quam ipsa eidem instillaverat, intueri.

Agitari paulo post et aliud coepit in regum consilio,

Frage, wo Telemach sich nicht geringern Ruhm erwarb. Adrast, seinen grausamen und verrätherischen Gesinnungen getreu, hatte einen Ueberläufer, der sich Akanth nannte, ins Lager der Verbündeten gesendet, um die angesehendsten Häupter des Heers zu vergiften! besonders hatte er ihm aufgetragen, alles anzuwenden, den jungen Telemach aus dem Wege zu räumen, der schon der Schrecken der Daunier war. Telemach zu muthig und zu edel denkend, dem Mißtrauen Raum zu geben, nahm diesen Unglücklichen ohne Bedenken freundschaftlich auf, der den Ulysses in Sicilien gesehen hatte, und ihm die Begebenheiten dieses Helden erzählte. Er nährte ihn, und bemühte sich, ihn in seinem Unglück zu trösten, den Akanth klagte, von Adrasten hintergangen und mißhandelt worden zu seyn. Aber Telemach nährte und wärmte in seinem Busen eine giftige Schlange, die im Begriff war, ihm eine tödtliche Wunde beyzubringen. Man ergriff einen andern Ueberläufer, Arion genannt, den Akanth an Adrasten abgeschickt hatte, um ihm von dem Zustande des Lagers Nachricht zu geben, und ihm zu melden, daß er am folgenden Tage die vornehmsten Fürsten nebst Telemach bey einem Gastmahl vergiften würde, das dieser zu geben im Begriff sey. Arion, ergriffen, bekannte seine Verrätherey. Man argwohnte, daß er mit Akanth einverstanden sey, weil sie gute Freunde waren; aber Akanth Meister in der Verstellung und unerschrocken, vertheidigte sich mit so vieler Geschicklichkeit, daß man ihn nicht überweisen, und nicht auf den Grund der Verschwörung kommen konnte.

Mehrere Fürsten waren der Meinung, daß man Akanthen auf allen Fall der allgemeinen Sicherheit aufopfern müsse. Man muß ihn hinrichten, sagten sie; das Leben eines Einzelnen ist für nichts zu achten, wenn es darauf ankommt, das Leben so vieler Fürsten zu erhalten. Mag auch ein Unschuldiger umkommen, wenn nur diejenigen gerettet werden, die die Stellvertreter der Götter unter den Menschen sind.

Welcher unmenschliche Grundsatz! Welche grausame Klugheit! antwortete Telemach. Wie? ihr seyd so

unde tantumdem laudis Telemacho obtigit. Adrastus, ut semper volvebet crudelitatis et perfidiae consilia, Acanthum quemdam, transfugam in castra miserat, ut praecipuos in exercitu veneno exstingueret, atque inter eos Telemachum maxime, Dauniorum genti jamiam terribilem. Et vero Ithacus pro magnitudine animi sui longe simplicioris, quam ut suspicaretur nefanda, proditorem accipiebat facillima humanitate, audiebatque ex eo, quoniam Ulyssem in Sicilia viderat, quae accidissent genitori. Porro praeter necessarium victum operosa solatia praebuit deflenti fraudes et injurias, quibus ab Adrasto fuisset oneratus. Atqui hoc erat viperam fovere sinu, morsu illaturam necem bene dese merito. Ceterum interceptus forte transfuga alius, (Arionem vocabant) missus ab Acantho nunciatum Adrasto de foederatorum exercitu, et quod postridie nobilissimos regum una cum Telemacho in convivio, sua caussa eodem jubente exornando, epulis mixtum virus esset sublaturum. Ergo scelestum consilium Arion confessus in vinculis, suspicioni aperuit locum, clandestino cum Acantho ob amicitiae conjunctionem se colludere. At Acanthus quam simulandi peritus, tam intrepidus animi, ea astutia a se amoliebatur scelus, ut nec ipse potuerit sceleris convinci, nec nefarie cogitata penitus cognosci.

Erant nihilominus inter reges, qui censebant, re quamquam dubia Acanthi salutem communi ipsorum postponendam: dignum esse, qui juguletur. Vitam unius hominis habendam nauci, qua desineret vita periclitari tot regum. Nihil denique referre vel innocentem perimi, ne ipsi perimantur, qui vices deorum inter homines sustinerent.

Hic vero Telemachus: Ecquod audio hominibus indignum placitum? Ecquod barbarae politicae praeceptum?

verschwenderisch mit dem Blute der Menschen? Ihr, die ihr zu Hirten der Völker bestellt seyd, und nur über sie herrschet, um sie zu erhalten, wie ein Hirte seine Herde erhalten soll, wisset, daß ihr keine Hirten, sondern blutdürstige Wölfe seyd, wenigstens seyd ihr nur Hirten, um eure Herde zu scheren, und sie zu erwürgen, statt sie auf die Weide zu führen. Der Angeklagte ist in euern Augen ein Schuldiger, der Verdächtige verdient den Tod; die Unschuld ist der Willkühr des Neids und der Verläumdung Preis gegeben, und so wie das grausame Mißtrauen in euern Herzen wachsen wird, werdet ihr auch immer mehrere Schlachtopfer bedürfen, um es zu versöhnen.

Die Würde und der Nachdruck, womit Telemach sprach, rißen die Herzen dahin, und erfüllten die Urheber eines so schimpflichen Raths mit Scham. Endlich, sich mäßigend, fuhr er fort: Das Leben hat für mich keinen so großen Werth, daß ich es um einen solchen Preis erhalten möchte. Mag Akanth lasterhaft seyn, wenn nur ich es nicht bin; mag er an mir zum Verräther werden, und mir das Leben nehmen, wenn ich ihm nur nicht das seinige, ohne seiner Verrätherey gewiß zu seyn, auf eine ungerechte Weise raube. Doch höret mich, ihr, die ihr zu Königen, das ist, zu Richtern des Volks gesetzt seyd, denen obliegt, die Menschen mit Gerechtigkeit, Klugheit und Mäßigung zu richten, vergönnt mir, Akanthen in eurer Gegenwart zu fragen.

Und nun fragte er diesen Menschen über seine Verhältnisse mit Arion; er trieb in durch Anführung einer Menge Umstände in die Enge; er drohte ihm oft scheinbar, ihn Adrasten als einen Ueberläufer zur Bestrafung zurück zu senden, um zu sehen, ob er dadurch geschreckt würde oder nicht; aber Akanths Gesicht und Stimme blieb ruhig, und Telemach schloß daraus, daß er nicht unschuldig seyn konnte.

Endlich, da er ihn nicht zum Geständniß der Wahrheit bringen konnte, sagte er zu ihm: gib mir deinen

Quid? humanus sanguis regibus tam vilis est? Vos ergo, qui constituti estis pastores regesque hominum, ut eos, quemadmodum pastor oviculas, servetis diligenti custodia; vos, inquam, lupos an pastores video? Pastores certe, sed ad tondendos immolandosque, non pascendos greges. Adstringitur ex sententia vestra, qui vel accusatur, sceleris. Suspicio sola jam habet caussam capitalis supplicii. Obiicitur innocentia calumniatorum et invidentium licentiae. Atqui ita pro atrocium suspicionum vestrarum incremento augebitur numerus illorum, quos accusantis libido volet inferias.

Tanta auctoritate, tantaque contentione haec dicta a Telemacho, ut communem assecuta consensum verecundia operirent auctores tam abjecti consilii. Subinde paulo mitior: Ego vero, inquit, caput hoc usque adeo magni non facio, ut tanto redimendum existimem. Acanthum, quam me, impium esse maluerim. Leviori meo dolore vitam mihi eripuerit illius proditio, quam illi dubio adhuc facinore mea per nefas opera. At heus vos! vos, aio, qui reges seu judices populis dati ignorare non debetis, quomodo sancte, prudenter, moderateque judicandi homines, date mihi hanc veniam, ut de Acantho vobis audentibus quaestionem instituam.

Protinusque hominem de usu, qui ipsi cum Arione intercessisset, interrogat. Premebat reum persequendo minutissima, quae ad rem videbantur pertinere. Semel atque iterum simulabat, eum ceu transfugam et desertorum poena dignum remissum iri ad Adrastum. Hoc agebat eo consilio, ut experiretur, utrum id genus minae moverent scelestum; verum perseverabat eodem ore et voce proditor.

Tandem rei veritatem cum ex abstrusiore animo ejus nequicquam prolectasset: cedo mihi, inquit,

Ring, damit ich ihn Adrasten zusende. Bey diesen Worten erblaßte Akanth; er gerieth in Verwirrung. Telemach, der die Augen stets auf ihn geheftet hatte, bemerkte es, und nahm den Ring. Ich werde ihn, sagte er, Adrasten durch den Lukanier Polytropus, den du kennest, übersenden; er soll vorgeben, insgeheim von dir abgeschickt zu seyn. Erfahren wir auf diesem Wege dein Einverständniß mit Adrasten, so stirbst du des martervollsten Todes; gestehst du aber jetzt gleich dein Verbrechen, so sollst du Verzeihung erhalten, und man wird sich begnügen, dich auf eine Insel zu bringen, wo es dir an nichts mangeln soll. Hierauf bekannte Akanth alles, und Telemach erhielt von den Fürsten, daß ihm das Leben geschenkt wurde, weil er es ihm versprochen hatte. Er wurde nach einer der echinadischen Inseln gebracht, wo er in Ruhe lebte.

Kurze Zeit darauf kam ein Daunier, von niedriger Geburt, aber kühnen und entschlossenen Geistes, Dioskorus genannt, bey Nachtzeit in das Lager der Verbündeten, und erboth sich, den König Adrast in seinem Zelt zu ermorden. Er konnte es, denn das Leben eines andern ist in unserer Gewalt, so bald wir das unsrige für nichts mehr achten. Dieser Mensch glühte vor Rachgier, denn Adrast hatte ihm sein Weib geraubt, die an Schönheit der Venus glich, und die er leidenschaftlich liebte. Er war entschlossen, Adrasten zu tödten, und sein Weib wieder zu erhalten, oder selbst umzukommen. Er hatte geheime Einverständnisse, durch die es ihm möglich war, bey Nacht in das Zelt des Königs zu kommen, und konnte auf den Beystand mehrerer daunischen Feldherrn bey dieser Unternehmung rechnen. Aber er hielt für nöthig, daß die verbündeten Könige zu gleicher Zeit Adrasts Lager angriffen, damit er sich in der Verwirrung um so eher retten, und sein Weib wegbringen könnte. Sollte er sie nicht erhalten können, so war er zufrieden, den König getödtet zu haben, und wenn er auch selbst dabey umkommen müßte.

So bald Dioskorus sein Vorhaben den Königen entdeckt hatte, wendete sich jedermann gegen Telemach,

quem geris, annulum, Adrasto mittam. Ad haec inopina expallescere Acanthus, perturbari. Quo viso Telemachus (neque enim a vultu scelesti movebat oculos) detractum digito annulum accipit, et: actutum, inquit, hunc ad Adrastum Lucanius quidam, Politropus, inquam, quem nosti, feret, quasi a te clam ad ipsum sit missus. Quare si cum Adrasto cognosceris consensisse, per cruciatus ultimos enecaberis. Si vero hoc vestigio confitebere scelus, dabimus veniam, nisi quod in insulam (quae poena nobis satisfaciet) hinc deportaberis, ubi nullius copia rei, quae tibi sit opus, deficiet. Tum vero Acanthus pleno ore scelus confessus est. Effecitqne Telemachus, ut quam reo promiserat, vitae gratiam reges concederent. Missus est in Echinadas insulas, ubi innoxius a turbis vixit.

Fervebat adhuc istius sceleris memoria, cum Dioscorus, Daunius natione, humili quidem loco, sed ad audenda quaeque natus in foederata castra obscura nocte pervenit, praeferens apud reges paratum animum, Adrastum in tabernaculo suo opprimendi. Et erat rei, quam pollicebatur, agendae copia; habet enim in potestate sua alienam vitam, qui contemnit suam. Dioscorus, ob raptam ab Adrasto conjugem eximiae pulchritudinis totus immersus ulciscendi desiderio, constituit pro recuperanda illa aut Adrastum, aut se ipsum perdere. Quare clandestinam societatem iniit, potuitque ex ea non regis modo tabernaculum ingredi de nocte, sed et opera multorum praefectorum confidere. Censuit tamen opus praeterea, uno eodemque tempore a foederatis castra regis occupari, ut hac trepidatione ipse cum conjuge sua facilius posset elabi. Quod si efficere per vires suas non liceret, caeso saltem rege non recusabat mori.

Hac voluntate Dioscori cognita, praesentes reges convertuntur ad Telemachum, velut petituri ab eo sen-

als ob man wünschte, daß er entscheiden möchte. Die Götter, antwortete er, die uns vor Verräthern geschützt haben, wollen nicht, daß wir uns ihrer bedienen; und besäßen wir auch nicht Tugend genug, die Verrätherey zu verabscheuen, so würde schon unser eigener Vortheil uns antreiben müssen, sie von uns zu weisen. Rechtfertigen wir sie durch unser Beyspiel, so verdienen wir, daß man sie auch gegen uns kehre, und von diesem Augenblick an, wer von uns könnte mehr auf Sicherheit zählen? Adrast kann dem Streich entgehen, der ihm droht, und dieselben Waffen gegen uns kehren, Krieg wird kein Krieg mehr, Weisheit und Tugend entbehrlich, Treulosigkeit, Verrätherey und Meuchelmorde gewöhnliche Ereignisse seyn. Die verderblichen Folgen dieser Laster würden uns treffen, und wir würden es verdienen, weil wir die schändlichste aller Handlungen gut geheißen hätten. Ich glaube daher, daß wir den Verräther Adrasten zurück senden müssen. Zwar gestehe ich, daß Adrast diese Großmuth nicht verdient, aber ganz Hesperien und ganz Griechenland haben ihre Blicke auf euch gerichtet, und sie sind es werth, daß wir ihre Achtung durch eine solche Art zu handeln zu verdienen suchen. Wir sind es uns selbst und noch mehr den gerechten Göttern schuldig, Abscheu gegen die Verrätherey zu bezeigen.

Sogleich wurde Dioskorus Adrasten ausgeliefert. Er zitterte vor der Gefahr, in der er gewesen war, und konnte die Großmuth seiner Feinde nicht genug bewundern, denn der Lasterhafte hat keinen Begriff von uneigennütziger Tugend. Wieder seinen Willen mußte er dieser That seine Bewunderung ertheilen, aber er wagte es nicht, sie zu loben, denn das edelmüthige Betragen der Verbündeten weckte nur bey ihm die beschämende Erinnerung an alle seine Treulosigkeiten und Grausamkeiten. Er suchte das großmüthige Verfahren seiner Feinde herab zu setzen, und doch schämte er sich, gegen diejenigen undankbar zu scheinen, denen er sein Leben verdankte. Aber das Herz verdorbener Menschen verhärtet sich bald wieder gegen alles, was ihm bessere Gesinnungen einflößen könnte.

Adrast sah, daß der Ruhm der Verbündeten mit jedem Tage höher stieg; er glaubte daher, daß er nicht

tentiam. Et ille: dii, inquit, uorum beneficio evasimus proditorum manus, nolunt utilem nobis esse operam proditorum. Sua quemque salus, etiamsi virtute nostra proditionem non oderimus, aspernari id genus sceleris jubet. Dato proditioni calculo, digni erimus, in quos suum ipsa convertat spiculum. Quis enim tum nostrum eo ex tempore erit sine metu? Fieri sane potest, ut destinatum a nobis sibi ictum in capita nostra Adrastus declinet. Itaque deinceps in ipso bello deerit bellum. Inter nuces putidas collocare se debebit virtus et sapientia. Belligerabit una perfidia, proditio, parricidium. Nos ipsos, quae inde consequentur, mala, et non immerito prement, utpote quibus facinorum facinorosissimum assensu videbatur suo roborandum. Ego itaque sic existimo, recte ad Adrastum proditorem remitti, non quia id rex ille de nobis sit meritus, sed quia universa Hesperia Graeciaque, in quarum oculis omnia gerimus, merentur eo, quod suasi, exemplo edoceri: unde praeclare de nobis sentient. Pietas scilicet, quam nobis, eamque majorem debemus superis, jubet esse a perfidia alienos.

Reducitur ergo Dioscorus. Cohorruit Adrastus viso discrimine, in quo fuisset; simul hostium suorum nobilissimam voluntatem obstupuit. Monstrum enim improbitati est virtus sine fuco. Mirabatur etsi invitus, quod tanta videbat laude factum; ceterum laudare non sustinuit. Faciebat tam ingenuum facinus, ut cum rubore recognosceret, quidquid ante hoc tempus cum fraude, et crudeliter gesserat. Utque conabatur illustrem hanc laudem foederatorum principum atterere: ita cum meminerat iisdem vitam suam se debere, erubuit videri ingratus. At cito occallent ad honesti stimulos depravati animi.

Igitur Adrastus, latius et cum quotidiano incremento ex castris hostium manante fama recte factorum, rem

säumen durfte, sich durch irgend eine glänzende That Ehre zu erwerben, und da er keiner edlen fähig war, trachtete er wenigstens, durch die Waffen irgend einen großen Vortheil über sie zu erlangen, und eilte zum Kampfe.

Der Tag der Schlacht war angebrochen. Kaum hatte Aurora der Sonne die Pforten des Osten geöffnet, und ihr den Pfad mit Rosen bestreut, als Telemach durch seinen Eifer der Wachsamkeit der ältesten Feldherrn zuvor kam, sich den Armen des balsamischen Schlafs entriß, und alle Anführer in Bewegung setzte. Schon strahlte der Helm, mit flatternden Federn geschmückt, auf seinem Haupte, und sein Panzer blendete die Augen des ganzen Heers. Die eigenthümliche Schönheit seiner Waffen, ein Werk des Vulkans, wurde durch den Glanz der Aegide erhöht, welche in ihnen verborgen war. In der einen Hand hielt er eine Lanze, mit der andern wies er auf die Plätze hin, welche von dem Heere besetzt werden sollten. Minerva hatte ein göttliches Feuer in seine Augen gegossen, und in seine Mienen hohe Kühnheit gelegt, welche zum voraus den Sieg verkündigte. Er schritt voran, und alle Fürsten, ihres Alters und ihrer Würde vergessend, und wie durch eine höhere Kraft fort gerissen, folgten seinen Tritten. Die kleinliche Eifersucht fand keinen Eingang mehr in die Herzen. Alles weicht vor dem, den Minerva unsichtbar bey der Hand führt. In seinen Handlungen zeigte sich nichts Ungestümes, nichts Unbesonnenes mehr. Er war sanft, ruhig, gelassen, immer bereit, andere zu hören, und ihren Rath zu nützen, aber thätig, vorsichtig, aufmerksam auf mögliche, noch entfernte Ereignisse, machte die besten Anordnungen, gerieth durch nichts in Verlegenheit, und setzte andere nie darein, entschuldigte die Fehler, machte das Versehen wieder gut, kam den Schwierigkeiten zuvor, forderte von niemand zu viel, und flößte einem jeden Freymüthigkeit und Zutrauen ein. Gab er einen Befehl, so geschah es in den einfachsten und klärsten Ausdrücken; er wieder-

illustrem contra illos moliri, magis quam aliud, necessarium duxit. Ut autem nihil gerere didicerat ex disciplina virtutis: ita armorum saltem auxilio fructum non spernendum comparare decrevit. Festinabat ergo praelium.

Aderat certamini decreta dies, cum Telemachus sub ipsa aurorae initia expeditus somno, curamque et industriam praeveniens veterrimorum in exercitu, duces copiarum ad consueta munia excivit. Jamque galeae jubar, fluentibus cristis commode distractum dissipatumque, obibat herois caput. Jamque lorica ab humeris fulgore diffuso multaverat temere incurrentes aspectus, et Vulcaniae artis prodigio, scuto, praeter suum decus, lumen ex Aegide, quae in eo latebat, accesserat. Altera manu librabat hastam; altera ostendebat occupandos locos. Minerva divinos ignes afflaverat oculis, ori alacrem dominantis habitum et praesagum victoriae. Procedit. Reges, non aetatis, non amplitudinis suae jam memores, sequebantur; decedentes nimirum altiori virtuti, qua se quisque sentiebat trahi. Hebescebant tum invidiae et aemulationis aculei. Dominabatur in omnes, quem non sentientem Minerva ducebat manu. Nulla in eo aut agendi importunitas, aut inconsulta festinatio. Lenis erat, tranquillus vultu et animo, patiensque consilii, et prudens utiliter sequendi ejus, promtus juxta ac providus, attentusque ad necessitates etiam multo post futuras; reddens denique singula temporibus suis. Ad omnia abunde praesentis animi ipse turbabat neminem: excusabat errores: emendabat, quae acta perperam: eaque praeveniens, quae vexationi poterant esse, nec exigens quidquam ultra vires, excitabat in omnium animis ingenuam in se fiduciam. Negotia dabat simplicissimis verbis, nec dubie significantibus imperata. Utque rectius instrueret

hohlte ihn, um demjenigen recht verständlich zu werden, der ihn ausführen sollte, und er sah es ihm an den Augen an, ob er ihn recht begriffen habe. Hatte er die Einsichten dessen, dem er einen Auftrag gab, auf diese Art geprüft, und ihn in den rechten Gesichtspunkt gestellt, so entließ er ihn nicht, ohne ihm irgend ein Zeichen der Achtung und des Zutrauens zu geben, damit er ihn desto mehr anfeuerte. Dieß bewirkte, daß alle, denen er Aufträge gab, sich eifrig bestrebten, ihm zu gefallen, und sie glücklich zu vollziehen, und keine Furcht beengte ihr Herz, daß er ihnen den schlimmen Ausgang einer Sache beymessen würde, denn er entschuldigte alle Fehler, die aus keinem bösen Willen entsprangen.

Die ersten Strahlen der Sonne rötheten den Horizont, und der erwachende Tag goß seine Flammen über das Meer aus. Die ganze Küste war mit Menschen, Waffen, Rossen und Wägen bedeckt; alles war in Bewegung. Ein verwirrtes Getöse, gleich dem Tosen der empörten Wogen, wenn Neptun die schwarzen Stürme aus seinen Abgründen hervor ruft, füllte die Luft. Schon hauchte Mars durch Waffengeklirr und schauderhaftes Schlachtgetümmel Wuth in alle Herzen. Das Feld starrte von Lanzen; sie bedeckten es, wie die Aehren, die zur Zeit der Erndte die fruchtbaren Furchen bedecken. Schon erhob sich eine Staubwolke, und entzog allmählig die Erde und den Himmel den Augen der Menschen. Verwirrung, Schrecken, Mordlust und der unerbitterliche Tod stürmten daher.

Kaum waren die ersten Geschosse geflogen, so erhob Telemach Hände und Augen gegen Himmel, und sprach diese Worte: Jupiter, Vater der Götter und der Menschen, du kennest die Gerechtigkeit unserer Sache, weißt, daß wir uns nicht schämten, den Frieden

facturos, numquam omittebat ea repetere. Indicium capiebat ex oculis, num rite percepissent agenda. Familiari deinde sermone eos jubebat enunciare, quo sensu verba imperantis, caputque rei imperatae accepissent. Hac ratione ubi satis exploravit facultatem peracturi opus, eidemque rationem illius persuasit: ut majores adderet animos, non a se dimisit eum prius, quam quoquo modo ille intelligeret, multum aestimationis et spei in opera sua a duce poni. Ita factum, ut quicunque ab eo mittebatur, mira arderet cupiditate, gratiam imperantis recte imperata praestando ineundi. Ceterum dimittebantur, liberi metu, culpae ipsis fore sinistros eventus: omnia quippe excusabat, quidquid aut voluntate aut pravo animo non erat male gestum.

Quae oculis nostris caeli plaga videtur terrarum orbi conjungi, igneum ruborem ex primo solis fulgore susceperat, eoque accensum pelagus longe lateque colluxerat. Quanta continens excurrebat ad mare, viris, armis, equis, curribusque movebatur offusa. Miscebat aures incertus fremitus, qualem procella commotae abyssi aquarum edunt. Itaque armorum inhorrescente strepitu, bellique appropinquantis formidoloso apparatu Mars efferatam rabiem dispensare animis. Cuspides hastarum surgentium speciem toto campo reddebant stipatae segetis et jam maturae ad falcem. Conabantur elati pulveres nubem, terrarum, caelique prospiciendi copiam magis ac magis attenuantem. Consternatio, terror, caedes, barbara mors paullatim afflabat ordines utriusque exercitus.

Ubi prima tela emissa in hostem, Telemachus habitu pie supplicis: Vides, inquit, deorum hominumque pater, omnipotens Jupiter, esse in partibus nostris justam caussam, pacis insuper quaesitae industriam. Pugnamus

zu suchen. Wir streiten gegen unsere Neigung; gern hätten wir das Blut der Menschen geschont. Wir hassen nicht einmahl unsern Feind, wiewohl er grausam, treulos und ein Verächter der Götter ist. Blicke herab, und entscheide zwischen ihm und uns. Hast du unsern Untergang beschlossen, so steht unser Leben in deiner Hand; soll aber Hesperien frey werden, und der Tyrann fallen, so wird deine Macht und die Weisheit Minervens, deiner Tochter, uns den Sieg verleihen. Dir allein wird aller Ruhm gebühren. Du bist es, der, die Wage in der Hand, das Loos der Schlachten entscheidet. Wir kämpfen für deine Ehre, und da du Gerechtigkeit liebst, so ist Adrast mehr dein Feind, als der unsrige. Verleihest du uns den Sieg ehe der Tag zu Ende geht, — und du führest deine eigene Sache — so soll das Blut von hundert Stieren von deinen Altären strömen.

Er sprach's und eilends trieb er seine wilden und schäumenden Rosse in das dichteste Gedräng der Feinde. Zuerst traf er auf Periander, den Lokrier, dessen Schultern mit der Haut eines Löwen bedeckt waren, den er auf einer Reise nach Cilicien getödtet hatte. Wie Herkules, trug er eine ungeheure Keule; an Wuchs und Stärke glich er einem Riesen. Als er Telemach erblickte, rief er, seine Jugend und die Schönheit seiner Bildung verachtend, ihm entgegen: Dir geziemt es wohl, junger Weichling, uns die Ehre des Siegs streitig zu machen! Steige hinab, Knabe, deinen Vater unter den Schatten zu suchen. Mit diesen Worten erhob er seine knotige, schwere, mit eisernen Spitzen beschlagene Keule. Sie glich einem Mast, und jeder zitterte vor dem mächtigen Schlag. Er schwang sie nach Telemach's Haupt, aber dieser beugt dem Streich aus, und stürzt sich mit der Schnelle eines Adlers, der die Lüfte theilt, auf Periandern. Die Keule zerschmetterte im Herabfallen das Rad eines Wagens, neben dem

Wagen

inviti. Liceat utinam parcere humano sanguini! Sed neque hostem odimus, quantumvis crudelem, insidiosum, foedifragum. Utriusque caussam perpende, judica. Jubes mori? In manu tua vitae nostrae, mortisque arbitrium. Jubes Hesperiam liberam, tyrannidem fractam et jugulatam esse? Tua unius virtute, et ejus, quam tute genuisti, sapientia illam liberabimus; hanc frangemus. Decus victoriae uni debebimus tibi, quippe sortes discriminum libranti ex aequo. Caussam tuam hisce armis defendimus. Adrastus, quoniam tu justus et aequus es, non tam noster, quam hostis tuus est. Ante occasum istius lucis caussa tua si vincet, Hecatomben arae tuae accipient.

His dictis ad pugnam eruditos, et ex ardore ineundi cursus spumantes equos, qua densissimi stabant hostium, incitavit. Protinusque in Locrensem quemdam incidit. Periander erat, leonis pelle terribilis, interfecti sua ipsius manu, cum peragraret Ciliciam. Clavam gestabat, illi Herculis nihil magnitudine, nihil nocendi terrore inferiorem. Habitus corporis procerus et robustus, qualem fere in caeli oppugnatoribus formidarunt dii. Is ut primum Telemachum aspexit, contemtu mollioris elegantiorisque aetatis ejus: Et recte tu quidem juvencule, inquit, dubiam nobis palmam reddis discriminis. I, tenelle, genitoris sinu te inter umbras conde. Inter haec probra clavam crebris nodis asperatam sustulerat, non pondere tantum, sed radiis etiam ferreis aucturam cladem. Arboris nauticae speciem maxime faciebat porrecta in altum. Pavebant omnes ad futurum ictum, quem tum quidem unius minitabatur cervicibus Telemachi. At juvenis commode librato corpore incidentem illam effugiens Periandrum ea celeritate occupat, qua majore nec aquila per auras ruit. Delapsa clava rotam currus contrivit proximi ab eo, quo

Wagen Telemachs. Aber der junge Grieche stieß Periandern den Spieß in die Kehle; das Blut strömte wallend aus der weiten Wunde, und erstickte seine Stimme. Die wilden Rosse fühlten nicht mehr die erschlafften Hände ihres Führers, die Zügel sanken an ihrem Nacken herab; sie schweiften wild umher. Periander entstürzte dem Wagen; seine Augen schloßen sich dem Lichte, und die blasse Farbe des Todes ergoß sich über sein entstelltes Gesicht. Telemach wurde von Mitleid gerührt, er gab den entseelten Leichnam Perianders den Dienern desselben, und nahm die Löwenhaut und die Keule als ein Zeichen des Sieges mit sich.

Jetzt suchte er Adrasten im Getümmel der Schlacht, aber indem er nach ihm umher blickt, stürzt er Schaaren Streitender hinab zum Orkus. Unter seinen Streichen fielen Hileus, dessen Rosse den Sonnenpferden glichen und einst in den weiten Ebenen weideten, die der Aufidus bewässert; Demoleon, der vordem in Sizilien im Cästuskampfe dem Erix beynahe gleich gekommen war; Crantor, Herkules Freund, den er einst bewirthete, als dieser Sohn Jupiters nach Hesperien kam, und dort dem schändlichen Cacus das Leben nahm; Menekrates, welcher, wie das Gerücht sagte, im Ringen dem Pollux nicht wich; Hippokoon, der Salapier, der mit geschickter Hand und mit Anmuth, wie Kastor, die Rosse zu lenken verstand; Eurymedes der berühmte Jäger, gefärbt mit dem Blute der Bären und der wilden Schweine, die er auf den beschneyten Gipfeln des kalten Appennin erlegte; ihn habe, sagte man, Diana so sehr geliebt, daß sie ihn selbst in der Kunst mit Pfeilen zu schießen unterrichtet; Nikostratus; der Ueberwinder des Riesen, der in des Gargenus Felsenklüften Feuer ausspie; Eleanthus, der sich mit der jungen Pholon, der Tochter des Flusses Liris vermählen sollte. Ihr Vater hatte sie demjenigen verheißen, der von einer geflügelten Schlange befreyen würde, die an sie dem Ufer des Flusses haus'te, und der sie in wenig Tagen nach dem Ausspruch des Orakels zum Raub wer-

Telemachus vehebatur. Interea Periandri guttur transfixerat spiculo. Secuta vis ingens cruoris vocem oppressit. Equi feroces aestu, ut sensere ab officio fluentem rectoris manum, habenasque laxatas temere labi per colla, ultro citroque ferebantur impetu. Labebatur e curru: recusabant lucem clausi oculi: os totum deforme, et alienum a se, pallor morientis invaserat. Miserabatur infelicem Telemachus, pelleque leonis et clava servatis argumento victoriae, corpus interfecti servis demandavit curandum.

Tam prosperis rebus auctior animi, coepit ipsum Adrastum in conferta multitudine expetere, caeso, dum huic voluntati insistit, ingenti hostium numero. Fuere inter eos praecipui: Hyleus, quem vehebant bijuges, in vastis Aufidi vallibus adulti, solis equos imitantes proxime: Demoleon, Erygi quondam inter Siculos clarissimo pugna caestuum paulo inferior: hospes et amicus in Hesperiam ad interficiendum Cacum proficiscentis Herculis, Crantor: porro Menecrates, Polluci dexteritate luctandi facturus invidiam: Hippocoon quoque, Salassus, modum, quem in gubernandis equis Castor adhibuit, secutus: dehinc ingens inter eos, qui insectantur feras, nomen, Eurimedes, qui perpetuo pulchreque sordidus cruore ex ursis aprisque, quos in nivalibus Apennini jugis sternebat, adeo fertur Dianae placuisse, ut ex eadem ipsa didicerit recte sagittis uti. His Nicostratum addidit victorem gigantis, in Gargana rupe infesti flammis prorumpentibus ex ore: Eleantum denique, Pholoes, ex Liride fluvio adolescentulae, nuptiis initiandum. Natus erat ad ripas illius fluminis alatus serpens, quem interemturum Pholoen oraculum praedixerat. Patre ergo pollicito, futuro liberatori suo sponsam fore, Eleantus amore virginis ad perimendum monsrum se obtulit tam prospero rei successu, quam

den sollte. Dieser Jüngling, von zärtlicher Liebe getrieben, entschloß sich, mit Gefahr seines Lebens das Ungeheuer zu tödten. Sein Wagestück gelang ihm, aber er genoß die Frucht seines Sieges nicht. Denn während Pholon sich zur Feyer der lieblichen Hochzeit rüstete, und den Eleanth mit Sehnsucht erwartete, vernahm sie, daß er Adrasten in den Streit gefolgt sey, und die grausame Parce den Faden seiner Tage abgeschnitten habe. Ihre Klagen erfüllten die Wälder und die Gebirge längs dem Flusse. Ihre Augen schwammen in Thränen; sie raufte sich ihre schönen Haare aus; sie verschmähte die Blumen, die sie sonst gepflückt hatte, ihre Stirn damit zu bekränzen, und klagte den Himmel der Ungerechtigkeit an. Da ihre Thränen Tag und Nacht flossen, so erbarmten sich die Götter ihrer Leiden, und endigten, vom Flehen des Vaters gerührt, ihre Qualen. Noch flossen ihre Thränen, als sie plötzlich in eine Quelle verwandelt wurde, die sich in den Fluß ergießt, und ihr Wasser mit den Wellen des Gottes, ihres Vaters, vermischt. Aber das Wasser dieser Quelle ist stets bitter; kein blühendes Gras entkeimt ihrem Ufer, und nur die traurige Cypresse beschattet es.

Mittlerweile vernahm Adrast, daß Telemach rings umher Schrecken verbreitete, und er eilte, ihn aufzusuchen. Er hoffte, den Sohn des Ulysses, der noch im zarten Jugendalter war, leicht zu besiegen. Dreyßig Daunier von ungewöhnlicher Gewandheit, Stärke und Kühnheit umgaben ihn, und er hatte ihnen große Belohnungen verheißen, wenn sie den Telemach, auf welche Art es auch sey, im Gefecht erlegen würden. Wäre Adrast gleich zu Anfang der Schlacht auf ihn gestoßen, und hätten diese Männer seinen Wagen umzingelt, während er selbst den Telemach von vorn angegriffen hätte, so würde es ihnen leicht gewesen seyn, ihm das Leben zu rauben, aber Minerva führte sie irre.

Jetzt däucht es Adrasten, er sehe und höre Telemach in einer Ebene, wo sie sich gegen den Fuß eines Hügels senkte, und ein dichtes Gedräng von Streitenden war. Er fliegt eilends dem Orte zu; er dürstet nach Blut; aber er findet den Telemach nicht. Er erblickt Nestorn, der mit zitternder Hand ungewisse Pfeile ab-

nullo victoriae usu. Quippe dum Pholoe adornandis nuptiis addicit jucundum otium, dum uritur Eleanti absentia: docetur tristibus nunciis, secutum Adrasti arma crudeli fato concessisse. Ex quo illa vicinas patrio flumini silvas montesque implere gemitu: inundari fletu: evellere dignum amandi illicium, comam: omittere, virgineis manibus opus, texendos in serta flosculos: inclamare crudele caelum: non die, non nocte vacare vel acerbis lacrimis vel dolore; adeo, ut accedente supplici genitoris voce tanto eam maerori eximere dii decreverint. Ob fletum, magna copia effusum, derepente mutata in fontem est, qui alveum fluminis subiens, liquorem suum aquis miscet inter deos constituti genitoris, adhuc acerbum gustu, et delabentem per ripas, nec graminibus nec umbris umquam jucundas, nisi quas tristes cypressi projiciunt.

Interea Adrastus audiens, Telemachi formidinem latius manare inter suos summa voluntate studioque hunc sibi depoposcit adversarium, quem non dubitabat ut aetate, ita etiam dimicatione futurum inferiorem. Erant circa regem trigintaDaunii robore,dexteritate audaciaque insignes inter ceteros. His spes facta opimi praemii, si Telemachum, utcunque sors ferret, in pugna occiderent. Et hercle si initio discriminis rex incidisset in aemulum, et delecta illa manus se circumfudisset Telemachi vehiculo, ipso a fronte hostem adorto: dubium haud est, nulla fere opera quin eum confecisset. At Minerva iisdem errorem objecit.

Qua tumulo cuidam se adjungit equitabilis planities, miscebatur frequens certamen, credebatque Adrastus, se ibidem loci et videre, et audire Telemachum. Properat: volat: ratum est, ejus potare sanguinem. At pro Telemacho Nestorem vidit, vacillante ob decrepitam aetatem

schoß, die des Ziels verfehlten. Adrast, von Wuth entflammt, wollte ihn durchbohren, aber eine Schar von Pyliern drängte sich um den Greis, und rettete ihn.

Eine Wolke von Pfeilen verfinsterte die Luft, und hüllte die Streitenden ein. Man hörte nichts als das Wehklagen der Sterbenden und das Getös der Waffen derer, die im Gewühl der Schlacht niederstürzten. Der Boden ächzte unter der Last der entseelten Körper. Ströme von Blut flossen nach allen Seiten. Mars und Bellona, von den höllischen Furien umgeben, deren Gewänder von eckelm Blute troffen, weideten ihre grausamen Augen an diesem Schauspiel, und fachten stets neue Wuth in den Herzen an. Diese menschenfeindlichen Gottheiten scheuchten weit von beyden Heeren das großmüthige Mitleiden, die sanfte Menschlichkeit und die Tapferkeit, die sich zu mäßigen weiß. In diesem wilden Gewühl blutgieriger Menschen ras'te nur Mordlust, Rache, Verzweiflung, thierische Wuth. Selbst Pallas, die weise und unüberwindliche Göttinn, schauerte bey diesem Anblick, und bebte vor Entsetzen zurück.

Indeß eilte Philoktet mit gehaltenen Schritten, Herkules Pfeile in der Hand, zu Nestor's Hülfe herbey. Adrast hatte sich fruchtlos bemüht, den göttlichen Greis mit seinem Geschoß zu erreichen, aber viele Pylier, von seinen Pfeilen zur Erde gestreckt, wälzten sich vor ihm im Staube. Zu seinen Füßen sank Etesilaus, der Schnellfüßige; kaum erblickte man, wenn er dahin flog, die Spuren seiner Tritte im Sande; in seinem Laufe eilte er sogar den schnell fließenden Wassern des Eurotas und Alpheus zuvor; Eutiphon, schöner als Hylas und ein kühner Jäger, wie Hippolytus; Pterelaus, der vordem Nestorn zur Belagerung von Troja gefolgt war, und den selbst Achill wegen seines Muths und seiner Leibesstärke schätzte; Aristogiton; — einst badete sich dieser in den Wellen des Achelous, da ertheilte ihm dieser Gott, wie man sagte, insgeheim die Eigenschaft, jede Gestalt anzunehmen; auch war er so biegsam und so behende in allen seinen Bewegungen, daß er den stärksten Händen entschlüpfte;

manu tela quaedam temere et innoxia emittentem in hostes. Adrastus ergo concepto impetu Nestorem ibat perfossum, cum ad tuendum eum turma Pyliorum se objicit.

Tum vero vis incredibilis telorum emissa, offensa luce caliginem, quae fere existit a nubibus, offudit universo pugnantium agmini. Lugubris morientium clamor, armorumque corruentium inter dimicandum strepitus aurium usum turbaverat. Cumulabat horribilis strages cadavera, passimque rivi sanguinis praecipitabant solo. Mars et Bellona, inter furias cruento debacchantes habitu, jucunde inhaerebant immani spectaculo, assidue instaurantes rabiem, sub pugnandi exordium infusam animis, atque ab iis (ut infesta haec sunt mortalibus numina) magnanimam misericordiam, moderatam fortitudinem, pacatamque humanitatem procul auferentes. Caedes, vindictae, desperatio et immanis furor grassabantur per hos confusos saevientium ordines. Pallas ipsa, sapiens et invincibile numen, fremere, et prae horrore referre pedem.

Philoctetes ipse, lentius adhuc progressus cum suis, sagittasque Herculis ferens manu, tum properabat in Nestoris auxilium. Contra Adrastus cum telis suis ferire divinum hunc senem non posset, inde aversus, iisdem ingentem cladem Pyliis intulit. Jamque Etesilam percusserat tam praepetem agilemque cursu, ut vix sabulum offenderet vestigio, Eurotamque et Alpheum, (patriae suae flumina erant) summa vi agentes undas, celeritate praeverteret. Ad pedes ejus corruerat quoque praeter venatu praestantem Hippolytum Hyla venustior Eutiphron; tum Pterelas, qui transmarinam expeditionem ingressus cum Nestore ob audaciam animi, roburque corporis gratia ipsius Achillis floruit. Horum denique stragem auxit Aristogiton, quem in Acheloo flumine abluentem corpus affirmabant inde occultam vim in diversas formas abeundi tra-

aber Adrast streckte ihn mit seiner Lanze zu Boden, und raubte ihm die Bewegung, und seine Seele entfloh mit seinem Blute.

Nestor, der seine tapfersten Krieger unter der Hand des grausamen Adrast fallen sah, wie die goldnen Aehren unter der scharfen Sense eines rastlosen Schnitters zur Erntezeit hinsinken, dachte nicht mehr an die Gefahr, der er sein hohes Alter fruchtlos aussetzte. Die Klugheit war von ihm gewichen; seine Augen folgten nur seinem Sohne, der mit feurigen Muth den Kampf bestand, um die Gefahr von seinem Vater zu entfernen. Aber der verhängnißvolle Augenblick war gekommen, wo Pisistratus seinen Vater lehren sollte, wie unglücklich man oft ist, wenn man allzu lange gelebt hat.

Pisistratus hatte seine Lanze mit solcher Wuth nach Adrasten geschläudert, daß er den Daunier niedergestreckt haben würde, wenn er ihr nicht ausgewichen wäre. Aber während Pisistratus, den der mißlungene Wurf aus dem Gleichgewicht gebracht hatte, seine Lanze wieder an sich zog, schoß ihm Adrast den Speer mitten durch den Bauch. Sein Eingeweide ergoß sich mit einem Strom von Blut. Die blühenden Wangen erbleichten, wie eine welkende Blume, die die Hand einer Nymphe auf der Wiese pflückte. Schon waren seine Augen halb erloschen; die Zunge stammelte. Sein Lehrer, Alcäus, der neben ihm stand, unterstützte den Sinkenden und hatte nur so viel Zeit, ihn in die Arme seines Vaters zu führen. Hier wollte er sprechen, um seinem Vater die letzten Beweise seiner Zärtlichkeit zu geben, aber als er den Mund öffnete, entfloh die Seele.

bel gibt, welche die Staaten drücken, und denen fast niemahls abgeholfen wird: die Ungerechtigkeit und Gewaltthätigkeit, mit der die Fürsten herrschen, und die Uippigkeit, die die Sitten zerstört. Wenn die Fürsten sich einmahl gewöhnt haben, kein anderes Gesetz mehr über, sich zu erkennen, als ihren ungebundenen Willen, wenn sie ihren Leidenschaften keinen Zügel mehr anlegen so steht ihrer Gewalt nichts mehr im Wege; aber eben dieses Vermögen, alles zu thun, was sie wollen, untergräbt die Grundpfeiler ihrer Macht. Sie werden bey ihrem Regieren von keinen sichern Regeln, von keinen Grundsätzen mehr geleitet. Ihre Handlungen werden von allen wetteifernd erhoben; sie haben kein Volk mehr, sie haben nur Sklaven, und auch die Zahl dieser nimmt mit jeden Tage ab. Wer sollte ihnen die Wahrheit sagen? Wer diesen Strom in seinem Lauf aufhalten? Jedermann weicht vor ihm zurück. Die Weisen fliehen, verbergen sich und seufzen. Nur eine plötzliche und gewaltsame Umwälzung des Staats kann diesen Strom von Ungebundenheit wieder in sein natürliches Bett zurück führen. Nicht selten zertrümmert der Schlag, der dieser Gewalt Einhalt thun sollte, den Staat ohne Rettung. Nichts ist einem traurigen Umsturz so sehr unterworfen, als eine zu weit getriebene Gewalt; es ist damit, wie mit einem zu sehr gespannten Bogen, der auf einmahl bricht, wenn man ihn nicht nachläßt; aber wer sollte ihn nachlassen? Dieses bethörende Allvermögen hatte das Herz des Idomeneus bis auf den Grund verdorben. Er stürzte von seinem Thron, aber noch zerrann die Täuschung nicht. Die Götter mußten uns hierher führen, um ihm die Augen über eine blinde und zu weit getriebene Gewalt zu öffnen, die keinem Menschen zukommt. Ja, es mußten sogar beynahe Wunder vor seinen Augen geschehen, um ihn aus seinen Irrthum zu reißen.

Das andere fast unheilbare Uebel ist die Ueppigkeit. Wie der Mißbrauch der Gewalt den Fürsten tödlich ist, so vergiftet die Ueppigkeit ein ganzes Volk. Man sagt, daß sie die Armen auf Kosten der Reichen

Prima est injusta et nimis violenta potentia, quam reges sibi consueverunt asserere; altera vero luxus, quo quidem ad bonos mores nihil importunius. Reges, qui se permittentes cupiditatibus, assuescunt leges praeter supremae voluntatis suae libidinem nullas revereri, agere possunt, quae libent. Sed ea ipsa res, quod agere possunt, quae libent, tentat violatque fundamenta, quam habent, potentiae. Agendi imperandique modum et rationem certam non amplius tenent. Sudant ad palpandos eos omnium studia. Non jam habent sibi subditos, sed mancipia, quorum numerum dies decerpunt singuli. Quis verum docere? quis huic torrenti imperare limites audeat? Recedunt omnia. Mandant se latebris et tristi solitudini, qui pollent consilio. Soli impetus improvisae revolutionis bacchantem extra justos fines potentiam ad aequitatis cursum possunt compellere. At quoties impetus, ad eamdem moderandum idonei, omnino percellunt etiam una cum spe se reparandi! Praesagitio ruinae oraculo certior est aequo altius provecta potentia. Arcus est plus, quam patiatur, intensus, quem si resolutum non laxas, praeter opinionem diffringitur. At quis eum resolvet? quis laxabit? Atqui tam lenis illecebra immoderatae potentiae Idomenei pectus omnino pessumdederat. Exutus solio errorem tamen suum non exuit. Huc necesse fuit a diis nos mitti, ut eum dimoveremus de perversa aestimatione hujus et caecae, et a modo, humanaque conditione abhorrentis potentiae. Quid? quod mira quaedam censuerunt adjungenda, ut radios disciplinae nostrae oculi sponte caecutientis admitterent.

Alterum malum, idque perinde fere insanabile est luxus. Ut reges immoderata potentia; ita luxus corrumpit universum populum. Et luxum quidem excusant, quod egenorum obsequia victum possint ex sumtibus opulento-

nähre: als wenn die Armen ihren Unterhalt nicht auf eine weit nützlichere Art durch Vervielfältigung der Früchte der Erde finden könnten, ohne daß sie nöthig hätten, die Reichen durch Verfeinerung zu verzärteln. Die ganze Nazion gewöhnt sich, die entbehrlichsten Dinge als Nothwendigkeiten des Lebens anzusehen. Die Erfindung dieser Nothwendigkeiten vermehrt sich mit jedem Tage, und was man vor dreyßig Jahren noch nicht einmahl kannte, ist jetzt unentbehrliches Bedürfniß geworden. Man nennt diese Verderbniß guten Geschmack, Vervollkommnung der Künste, Verfeinerung der Nazion, und erhebt dieses Laster, welches tausend andere nach sich zieht, zum Range einer Tugend. Das ansteckende Gift verbreitet sich von dem Fürsten bis zu dem Niedrigsten des Volks. Die nächsten Verwandten des Königs wollen seine Pracht nachahmen; die Großen wetteifern mit seinen Verwandten; Leute vom Mittelstande wollen es den Gronße gleich thun; (denn wo ist der Mensch, der sich zu bescheiden wüßte?) die Geringen wollen für Leute vom Mittelstande gelten, und jeder strengt sich über seine Kräfte an, der eine, um groß zu thun, und sich mit seinem Reichthum zu brüsten, der andere aus falscher Scham, und um seine Armuth zu verbergen. Diejenigen selbst, die weise genug sind, eine solche Unordnung zu mißbilligen, sind es doch nicht in dem Grade, um sich zuerst gegen diese Mißbräuche zu erheben, und ein besseres Beyspiel zu geben. Die ganze Nazion stürzt sich ins Verderben; die Stände kommen in Verwirrung; die Sucht, Reichthümer zu erwerben, um einen glänzenden Aufwand machen zu können, verdirbt die edelsten Gemüther, der Reichthum wird das einzige Bestreben der Menschen; die Armuth eine Schande. Sey einer noch so gelehrt, geschickt, tugendhaft, unterrichte er die Menschen, gewinne er Schlachten, rette er das Vaterland, opfere er dem gemeinen Besten alles; er wird verachtet seyn, wenn er seinen Vorzügen durch eine prunkvolle Lebensart keinen Glanz zu geben weiß. Selbst diejenigen, welche keine Reichthümer besitzen, wollen den Schein derselben haben, und ahmen die Reichen in ihrem Aufwande nach; sie borgen, sie betriegen, und bedienen sich tausend niedriger Mittel, um

rum hominum consequi. Quasi vero pauperibus non liceret utilius ali, si non doceant ingenia sua corruptelae divitum, sed industriam suam agrorum fertilitati deservire. Hac demum ratione nationes integrae assuefiunt inter fulcra humanae vitae reputare putidissima titivilitia. Dies singuli novas necessitudines parturiunt, rebusque plurimis aetatem praesentem adstringunt, quarum ne quidem nomen tempora paullo superiora noverunt. Audit hic luxus rerum adulterato nomine limatum pulchritudinis judicium, artium perfectio, nationis urbanitas. Hoc vitium, quocum connectuntur cetera sine numero, commendat se laude virtutis. Haec pestis manans a regibus serpit ad plebem infimam. Propinqui regis aemulantur ejus magnificentiam: premunt splendorem istorum proceres: proceribus se aequant, quorum non ultra mediocritatem conditio: mediocribus se inferunt minimi: intra vires suas nemo quisquam se continet. Eas ultra provehit alios fastus et divitiarum jactantia, alios insanus pudor et cura celandae inopiae. Jam neque ipsi, qui mala satis intelligunt tam abominandae perversitatis, tantum sapiunt, ut occurrentes suo exemplo audeant hanc pestem contravenire primi. Evertit se tota natio: collidunt se se permixti ordines. Cupiditas ditescendi, ne desit facultas splendidorum sumtuum, tentat integerrimos animos, Languent rerum omnium, si divitias excipis, studia. Paupertati honestas detrahitur. Esto artium optimarum disciplina eruditus, ad res gerendas natus factusque, virtute singulari et prorsus eximia: esto magister praeceptorum, laureis et tropaeis conspicuus vindex patriae, ex asse devotus civium saluti: nisi ornamentis istis dignitatem opum affundat luxuria, e plebis ultimae rejectaneis numquam emerges. Sed et illi, quibus fere manus porrigenda ad stipem, divitiarum aucupantes nomen, mo-

empor zu kommen. Wer soll diesen Uebeln abhelfen? Der Geschmack und die Gewohnheiten des ganzen Volks müssen geändert werden; man muß ihm neue Gesetze geben, und wer kann dieses thun? Wer anders, als ein Fürst, der zugleich ein Weiser ist, und der allein durch das Beyspiel seiner eigenen Mäßigung diejenigen, die einem üppigen Aufwand ergeben sind, beschämen, und die Bessern aufmuntern kann, die sehr erfreut seyn werden, ihn in Befolgung einer einfachen Lebensweise zu ihrem Vorbilde zu haben.

Telemach hörte diese Worte, und ihm war, als ob er aus einem tiefen Schlaf erwachte. Er fühlte ihre Wahrheit, sie drückten sich seinem Herzen ein, wie die Züge sich dem Marmor eindrücken, durch die ein weiser Künstler ihm Sanftheit, Leben und Bewegung mittheilen will. Er schwieg still, aber er erwog das Gehörte in seiner Seele, und seine Augen durchliefen alle Veränderungen, welche in der Stadt vorgegangen waren. Endlich sagte er zu Mentorn:

Durch dich ist Idomeneus der weiseste aller Fürsten geworden. Ich kenne weder ihn, noch sein Volk mehr, und ich muß gestehen, daß das, was du hier gethan hast, die Siege bey weitem übertrifft, die wir erfochten haben. Zufall und Uebermacht tragen sehr viel zum glücklichen Erfolg im Kriege bey. Der Ruhm, den man sich in Schlachten erwirbt, gebührt zum Theil dem gemeinen Krieger; aber was du gethan hast, ist das Werk eines einzigen Kopfs. Du allein mußtest den Widerstand besiegen, den dir ein Fürst und sein ganzes Volk entgegen setzte, um sie zu bessern Menschen zu machen. Das Kriegsglück ist immer mit traurigen und widrigen Zufällen begleitet. Hier hat eine himmlische Weisheit alles gethan. Alles zeigt, daß eine überirdische Macht im Spiele war, so sehr athmet alles sanfte, ungekünstelte Anmuth und eine Würde, die keinem Menschen gegeben ist. Wenn die Menschen nach Ruhm streben, warum suchen sie ihn nicht in der Anstrengung Gutes zu thun? O, wie wenig verstehen sie sich auf denselben, wenn sie durch Verheerung der Erde durch Vergießung des Menschenbluts einen dauerhaften zu erlangen hoffen! Lebhafte Freude erheiterte Mentors Antlitz, als er sah, daß Telemach von seinem Wahn

re divitum victitant. Inde petuntur mutua: suscipiuntur doli, nullaeque machinae, nullae praestigiae omittuntur ad exsculpendam pecuniam. Quis malis istis medebitur? Toti nationi induendum novum ingenium, nova consuetudo; aliae leges constituendae. Ad ista autem cui facultas suppetit, nisi regi, intelligenti rerum plane omnium, qui noverit amatoribus luxuriae frugalitatis exemplo afferre verecundiam, meliora sapientibus animum, plurimum utique gavisuris, si moderationi suae honestas regiae auctoritatis accesserit?

Philosophantem in hanc sententiam Telemachus fere audiebat, ut qui sibi e gravi sopore restituitur. Quae a Mentore disputabantur vera, comprehensa mandabat animo, ut ductus suos peritus artifex marmori, cum delicate spirantis habitum eidem affingit. Finienti sermonem nihil respondit. Sed repetitis apud animum suum, quae a Mentore fuerunt prolata, quidquid in urbe aliam formam acceperat, oculis percurrit. Spectatis omnibus inquit:

Inter reges Idomeneum sapientissimum effecisti. Alius rex, alius populus est. Antecedit sane immensis spatiis tuum hoc facinus nostras nuper victorias. Multum juvant bellorum successus fortuna et armorum potentia. Admittendi sunt in societatem victoriae etiam gregarii. At vero hujus gloriae, quam es adeptus, socium tu habes neminem. Tu unus regem, tu populum universum, tu phalanges perversitatum debellasti unus. Cursum item ac eventum armorum gravat calamitas atque invidia. Hic vero omnia spirant opus caelestis sapientiae. Omnia placida, pura, idonea ad alliciendas voluntates, et loquentia auctoritatem, quam in homine non reperimus. Mortales, qui laudis incitantur desiderio, cur eam ex beneficentia et bonitate non petunt? Quam perverse metiuntur ve-

über Siege und Eroberungen zurück gekommen war, und dieß in einem Alter, wo es so natürlich war, von dem Ruhm, den er erlangt hatte, berauscht zu werden.

Mentor fuhr fort: Wohl ist alles, was du hier siehst, gut und lobenswerth, aber wisse, daß man in der Verbesserung noch viel weiter gehen könnte. Idomeneus mäßigt seine Leidenschaften, und läßt es sich angelegen seyn, sein Volk mit Gerechtigkeit zu beherrschen, aber bey alle dem begeht er noch viele Fehler, die unglücklichen Folgen seiner vorigen Irrthümer.

Wenn die Menschen sich entschließen, ihren Lastern zu entsagen, so scheint es, als ob diese nicht von ihnen weichen wollten. Noch lange kleben ihnen ihre bösen Gewohnheiten, ihre Schwachheiten, ihre eingewurzelten Irrthümer und ihre fast unheilbaren Vorurtheile an. Glücklich ist, wer sich nie von dem rechten Weg verirrte; er ist einer weit vollkommnern Tugendübung fähig. Die Götter, o Telemach, werden mehr von dir fordern, als von Idomeneus, denn du kanntest die Wahrheit von früher Jugend an, und warst nie den verführerischen Lockungen eines allzu großen Glücks ausgesetzt.

Idomenens, sagte Mentor weiter, ist weise und aufgeklärt, aber er beschäftigt sich zu sehr mit dem Einzelnen; es fehlt ihm an einem überschauenden Blick in seinen Geschäften, der erforderlich ist, Entwürfe zu machen. Der Vorzug dessen, der die höchste Gewalt hat, besteht nicht darin, daß er alles selbst verrichte. Es ist eine große Eitelkeit zu hoffen, daß man damit zu Stande kommen werde, oder die Welt überreden zu wollen, daß man der Sache gewachsen sey. Das Amt eines Königs besteht darin, seine Diener zu wählen, und die Aufsicht über sie zu führen. Er braucht nicht jede Kleinigkeit selbst zu thun; dieß ist das Geschäft derer, die unter ihm arbeiten. Er muß sich nur von ihren Verrichtungen Rechenschaft geben lassen, und Einsicht ge-

rum decus, si gloriam stabilem e terrarum populationibus et stragibus hominum sibi putent nascituram.

Mentor sensum mirae voluptatis praeferebat vultu, cum videret Telemachum hac aetate, cui tam alioqui familiare, obrui comparandae laudis illecebra, vanam de gloria armorum opinionem deposuisse.

Unde postea addidit: bona quidem esse et probanda quaecumque aspiceret, ceterum meliora adhuc posse constitui. Nam Idomeneus, inquit, tametsi cupiditatibus suis egregie resistens, atque de legibus imperandi sollicitus, multis adhuc erroribus conflictatur, qui ex prioribus, ceu tristi scatebra, manant. Credas homines, cum avertuntur a vitiis, iisdem tamquam insequentibus premi. Perseverant, et diu satis, pravae consuetudines, ingenium lubricum, errores inveterati, praejudicia seu opiniones ante imbibitae, vix movendae ex animis. Beati, qui errore numquam sunt lapsi! Etenim his longe planior se sternit ad bonum via. A te quidem, Telemache, quam ab Idomeneo, plus exigent dii. Nam et inter amplexus veritatis adolevisti, et numquam permissus es lenocinio nimium indulgentis fortunae.

Ceterum Idomeneo non deest sapientia, non illustre ingenium; verum intentior ad singulas minutias minus recte contemplatur summam et caput rerum ad se pertinentium, ut rationem quamdam modumque earum perfectum effingat in animo. Principis disciplina non versatur in eo, ut singula ipse conficiat. Pinguis et incondita vanitas est aut sperare, se assecuturum, quae intendit animo; aut credi velle, se ad assequenda illa idoneum. Imperare rex debet eligendo et instituendo eos, qui praesunt cum ipso, unaque imperant. Perperam rebus singulis admovet manum: sic enim officia occupat exequenda a suis. Itaque rationem duntaxat rerum, quae

nug besitzen, dieselben beurtheilen zu können. Der ist ein trefflicher Regent, der diejenigen gehörig auszuwählen, und nach ihren Fähigkeiten zu gebrauchen weiß, denen er seine Geschäfte anvertrauen will. Die beste Art zu regieren besteht darin, das Regiment über die Staatsdiener zu führen, sie zu beobachten, zu prüfen, zurück zu halten, zurecht zu weisen, aufzumuntern, auf höhere oder niedrigere Stufen zu stellen, ihnen andere Aemter zu geben, und immer ein wachsames Auge auf sie zu haben. Der Fürst, der alles selbst untersuchen will, zeigt einen kleinen, mißtrauischen Geist. Die Sorge für das Einzelne raubt ihm die Zeit und die Freyheit des Geistes, welche zu großen und wichtigen Angelegenheiten erforderlich sind. Nur bey völliger Freyheit und Ruhe des Geistes ist es möglich, große Entwürfe zu machen; und nie wird ein Fürst die zum Denken erforderliche behagliche Muße finden, wenn er sich nicht von der Besorgung beschwerlicher und verworrener Geschäfte los macht. Der Geist des Menschen, der sich mit dem Einzelnen befaßt, wird erschöpft, und gleicht den Hefen des Weins, die weder Stärke noch Annehmlichkeit mehr haben. Regenten, die sich um alle einzelne Theile der Staatsverwaltung bekümmern, werden nur von dem Gegenwärtigen bestimmt, die entfernte Zukunft ist ihren Blicken verborgen. Das Geschäft des Tages verschlingt die ganze Wirksamkeit ihres Geistes: und da es das einzige ist, mit dem sie sich befassen, so macht es einen zu starken Eindruck auf sie; es macht sie einseitig, denn man kann nur dann ein richtiges Urtheil von den Dingen fällen, wenn man sie alle mit einander vergleicht, und gehörig ordnet, um ihre Verbindung und ihren Zusammenhang einzusehen. Ein Regent der es daran fehlen läßt, gleicht einem Tonkünstler, der sich damit begnügte, wohlklingende Akkorde gefunden zu haben, ohne sich darum zu bekümmern, sie zu einem lieblichen und reitzenden Ganzen zu verbinden, oder einem Baumeister, der genug gethan zu haben glaubte, wenn er große Säulen und eine Menge wohl behauener Steine zusammen brächte, ohne darauf zu denken, wie er sie zu einem regelmäßigen und

actae sunt, debet exigere, satisque instructus esse a prudentia, ut, quam reddunt negotiorum procuratores rationem, introspiciat penitus. Praeclarum imperium est, deligere et adhibere, quantum a natura sunt comparati factique, sui administros imperii; summum vero illud, bene regere, qui regunt una. Observandi sunt, explorandi sunt, continendi sunt: corrigendi, incitandi, extollendi, amovendi sunt: transferendi denique, et semper habendi in potestate. Omnia et singula subjicere velle suae ipsius industriae, diffidentiam redolet, et putidam sollertiam, invidiamque gignit ostentationis ingenii, ingredientis in singula: quibus deperditur bonum otium et libertas animi, geminum ad majora negotia non modo subsidium, sed et fulcrum. Quippe res magni momenti pensaturis opus est animus liber et compositus. Vacandum est meditationibus rerum tempore vacuo, et cum mentem non distrahit cura ambigui negotii. Exhaustus sollicitudine ad rerum singularum minutias animus instar faecis se habet de vino, quae nec acris ad gustum, nec exquisita est. Qui regnum administrant cura singularium, mentem circumscribunt praesentibus: excurrere ad futura non sinunt. Semper impliciti rebus diei, in quam incidunt, istis duntaxat se commodant: istis insudant: istis cogitationem totam affigunt, etsi nec plenam, nec integram. Neque enim judicium integrum ferre de rebus licet, nisi omnes simul comparatae certum redigantur in ordinem, ut justa quadam serie connexae inter se congruant. Hoc imperandi praeceptum qui negligit, par est fidicini, qui sonos optimos symphoniae sigillatim tentat et invenit, sed justo eos concentu committere non studet. Par est architecto, qui partes suas putat administratas quam optime, si prodigiosas columnas, saxaque affabre excisa congessit magno numero, nondum in mente designata specie et pro-

geschmackvollen Gebäude zusammen fügte. Ueber der Erbauung eines Saals vergießt er die Treppe, die zu demselben führen sollte; wenn er an dem Hauptgebäude arbeitet, denkt er nicht an den Hof, noch an den Eingang des Gebäudes. Sein ganzes Werk besteht in einer unordentlichen Anhäufung schöner Theile, die aber nicht für einander gemacht sind. Eine solche Arbeit, statt ihrem Urheber zur Ehre zu gereichen, ist nur ein Denkmahl seiner Schande, denn man ersieht daraus, daß der Verstand des Künstlers zu beschränkt war, das Ganze eines Kunstwerks zu umfassen; er zeigt einen kleinen und untergeordneten Geist. Wem die Natur die Fähigkeit verweigert hat, sich über das Einzelne zu erheben, der taugt nur, die Befehle eines andern zu vollziehen. Glaube mir, Telemach, in der Regierung eines Staats muß alles zusammen stimmen, wie in der Tonkunst, müssen alle Theile in einem richtigen Verhältniß stehen, wie in der Baukunst.

Solltest du ein Belieben daran finden, daß ich die Vergleichung mit diesen Künsten noch weiter fortsetzte, so würdest du sehen, wie gering die Fähigkeiten derer sind, die bey ihrer Regierung nur die einzelnen Theile zum Augenmerk haben. Wer in einem Konzerte singt, so vollkommen auch sein Vortrag seyn mag, ist weiter nichts, als ein Sänger; den Nahmen des Musikmeisters verdient nur der, der die ganze Musik leitet, und jedem Theile derselben seine gehörige Stelle anweist. Eben so ist der, welcher die Säulen formt, und eine Seite des Gebäudes errichtet, nur ein Maurer; nur derjenige ist der Baumeister, der das ganze Gebäude überdacht, und alle seine Verhältnisse angeordnet hat. Auf gleiche Weise haben diejenigen den kleinsten Antheil an der Regierung, welche sich am meisten abarbeiten, die meisten Ausfertigungen machen, am thätigsten sind; sie sind nur untergeordnete Arbeiter. Nur von demjenigen Geiste kann man sagen, daß er den Staat regiere, der, ohne selbst Hand anzulegen, die

portione concinnandi aedificii. Dum laxat necessaria ad aulam spatia; non meminit, scalae amplitudinem congruere debere aulae amplitudini. Dum partes domus molitur praecipuas; nihil subit de area, nihil de porta principe. Totum opus nihil nisi congeries est splendidarum, quarum nulla propter alteram est fabricata, partium. Itaque tantum abest, ut artifici suo sit honorificum, ut potius monumentum existat ignominiae, ex quo intelligent posteri, fabrum non satis prudentem fuisse ad destinati operis imaginem recte concipiendam. Est hoc signum angustis finibus inclusae et alienis viribus sublevandae intelligentiae. Qui ingenium est nactus, intra cancellos recularum singularium duntaxat industrium, nihil poterit, nisi brachiis alienis, efficere. Certum habe, Telemache! administrationi regnorum tam necessaria est harmonia quaedam et justa proportio, quam illa musicae, haec architecturae.

Quodsi velis, me porro comparationi, quam ex his artibus petebam, insistere: docebo, quam non superent vulgi ingenium, qui praesunt, singularibus affixa cura. Qui in justo vocum concentu nonnullas tantum partes modulatur, simpliciter cantor est, quamvis canat perite. Qui autem totum concentum dirigit,ejusque partes omnes concinnavit,ille magister artis habetur musicae. Sed et qui excidit columnas,vel educit parietem,nondum eximitur aut numero aut nomini illorum,qui vacant et manus admovent murali structurae. Ille scilicet unus architectus est, qui totum opus invenit, ejusque partes omnes combinavit animo. Ergo nec illi regnant, seu reges sunt, qui laborant; qui imperata exequuntur, et pleraque negotia conficiunt; operarii duntaxat sunt, vocati in partem operae, non potestatis. Unus ille rex et praeses reipublicae ac ve-

ganze Maschine in Gang setzt, welcher denkt, er findet, die Zukunft voraus sieht, in die Vergangenheit blickt, anordnet, jedem Dinge seine Stelle anweist, für künftige Bedürfnisse sorgt, der, gleich dem Schwimmer, der gegen den Strom ankämpft, dem widrigen Geschick stets eine muthige Brust entgegen setzt, und Tag und Nacht darauf sinnt, dem Zufall nichts zu überlassen.

Glaubst du wohl, Telemach, daß ein großer Mahler, der ein Gemählde zu verfertigen hat, vom Morgen bis zum Abend da sitzen, und ohne Unterlaß arbeiten werde? Gewiß nicht; eine solche Anstrengung, ein solcher knechtischer Fleiß würde alles Feuer seiner Einbildungskraft auslöschen; er würde nicht aus innerem Antriebe seines Geistes arbeiten. Er arbeitet nicht mit sclavischer Regelmäßigkeit, er arbeitet nur dann, wann er sich aufgelegt fühlt, ihn die Liebe zu seinem Werke treibt, oder seine Seele in Begeisterung gesetzt ist. Er bringt seine Zeit nicht damit hin, Farben zu reiben, oder die Pinsel zurecht zu legen; dieses Geschäft überläßt er seinen Lehrlingen. Sein ist die Sorge des Denkens und der Erfindung der kühnen Züge, die seinen Bildungen Größe, Leben und Bewegung geben. Seine Seele ist von der Vorstellung des Helden, den er abbilden will, von den Gedanken und Gesinnungen desselben durchdrungen. Er versetzt sich in die Zeiten, in denen er gelebt, alle Umstände sind ihm gegenwärtig, unter denen er gehandelt hat. Mit dieser Begeisterung muß sich eine Besonnenheit verbinden, die seine Lebhaftigkeit zügle, damit in seiner Darstellung alles wahr und richtig sey, und alles mit einander übereinstimmen. Kannst du glauben, Telemach, daß weniger Seelengröße und Seelenstärke erfordert werde, einen großen König hervor zu bringen, als einen vorzüglichen Mahler? Mache also den Schluß, daß es das eigentliche Geschäft eines Königs sey, zu denken, große Entwürfe zu machen, und diejenigen auszuwählen, die geschickt sind, diese Entwürfe unter seiner Aufsicht auszuführen.

lut quidam deus est, qui, dum agit nihil, facit, ut agantur omnia; qui meditatur, qui excogitat; qui prospicit futura, revolvit praeterita; qui ordinat, et normae proportionis cavet; qui se longe post venturis accomodat; qui assidue contendit obluctari fortunae, ut natans adverso torrenti; qui denique noctes diesque vigilat, ne quid cogatur arbitratui sortis permittere.

Putasne, Telemache, peritissimum quemque pingendi labori toto insudare die, quo citius opus, quod prae manibus habet, perficiat? Profecto id genus tormenti, haec crassa obnixaque laboris contentio facultatem fingentis animi ejus ita offenderet, ut nihil dehinc suppeditaret illius industriae. Quae ab eo fiunt, fieri debent praeter propositum, cursim, ut animus fert et calens impetus. Aut certe terendis coloribus, accommodandis penecillis dat otium? Tironum haec pensa sunt; ipsius vero meditari, invenire. Quod ab illo tota cogitatione suscipitur, sunt ductus audentiore penicillo describendi, qui addunt imagini generosum ingenuumque habitum, vitam, et, qui congruat, sensum. Ille cogitata, ille mentem induit heroum, quos it expressum coloribus. Toto animo in eorum regreditur tempora; et velut ereptus sibi, in eodem, quo ipsi fuere, articulo se rerum constituit. Ad hunc quasi divinum animi afflatum adhibenda ex disciplinae institutis prudentia, qua cohibeatur intra justos limites, ne quid falsum seu erraticum, vel mendosum, aut male congruens cogitanti subjiciat. Jam ad efficiendum bonum principem, quam pictorem, minore putas opus esse aut incitatione afflatuque ingenii aut facultate animi? Ex his ergo statues, regis esse meditari, exempla concipere majorum operum ac negotiorum, viros denique idoneos eligere, quibus ea curanda recte committat.

Telemach antwortete: ich glaube alles zu begreifen, was du mir gesagt hast. Aber sollte ein Fürst, dessen Sorge sich nicht auf das Einzelne erstreckt, nicht sehr oft hintergangen werden? Du irrest dich, erwiederte Mentor? gerade die allgemeinen Begriffe über die Regierungskunst hindern es, daß ein Fürst betrogen werde. Wer seine Geschäfte nicht nach Grundsätzen betreibt, und keine Menschenkenntniß besitzt, tappt gleichsam immer in Finstern, und es ist bloßer Zufall, wenn er den rechten Weg trifft. Solche Leute wissen nicht einmahl recht, was sie wollen, kennen nicht einmahl das Ziel, wonach sie streben sollen. Ihre ganze Kunst besteht darinn, mißtrauisch zu seyn, und ihr Mißtrauen trifft weit eher diejenigen, welche ihnen widersprechen, als die Betrieger, welche ihnen schmeicheln. Diejenigen hingegen, welchen es nicht an Regierungsgrundsätzen fehlt, und welche sich auf Menschen verstehen, wissen, was sie von diesen zu erwarten haben, und die Mittel, ihre Zwecke durch sie zu erreichen. Sie haben wenigstens eine allgemeine Kenntniß von den Menschen, deren sie sich bedienen, wissen, ob sie sich dazu schicken, ihre Absichten auszuführen, und ob sie hinlänglich in ihren Sinn eingedrungen sind, um auf das Ziel hin zu arbeiten, das sie sich gesteckt haben. Da ihr Geist nicht durch die ermüdende Sorge für das Einzelne geschwächt ist, so behält er die Freyheit, das Geschäft im Großen mit einem Blick zu überschauen, und zu bemerken, ob es seinem Hauptzwecke näher rücke. Sollten sie sich auch irren, so wird es doch nicht im Wesentlichen seyn. Auch kennen sie jene kleinliche Eifersucht nicht, welche das Merkmahl eines eingeschränkten Kopfs und einer gemeinen Seele ist. Sie wissen sehr wohl, daß es unmöglich ist, den Irrthum in Geschäften von großem Umfang zu vermeiden, weil man zu denselben Menschen braucht, denen es nicht selten an Rechtschaffenheit fehlt. Man verliert weit mehr durch die Unentschlossenheit, welche das Mißtrauen erzeugt, als wenn man es darauf ankommen ließe, ein wenig betrogen zu werden. Man kann sich glücklich schätzen, nur in Dingen von geringem Belang hintergangen zu werden; Sachen von Wichtigkeit werden doch dabey ihren ungehinderten Fortgang haben,

Haec disserenti Telemachus: equidem videor mihi, inquit, assequi satis, quae doces. At si haec in gerendis rebus tenetur ratio, regem frequenter hallucinari necesse est, quippe qui se cuivis rei curandae sigillatim non tribuit. Quin tu, Mentor inquit, hallucinaris ipse. Ipsa universalis intelligentia regnum administrandi vetat hallucinari. Qui tam arte carent gerendi negotia, quam facultate internoscendi ingenia, continenter incedunt, ut qui in tenebris. Fortuitum est, eos errore non labi. Quid quaerant, quid intendant animo, ne ipsi quidem intelligunt. Diffidere tota eorum est disciplina. Honestissimum quemque, contradicere qui audet, habent ancipitis fidei, et magis, quam, qui blanditur, praestigiatorem. Contra qui ad imperium probe sunt instituti, nec rudes ingeniorum, sciunt, quid ab his contendere, et quomodo debeant, quod contendunt, obtinere. Satis intelligunt, summatim certe, num ad destinata idonei, quorum operam conduxere? Utrum recte, quod postulantur, introspiciant, ut ne fallat successus instituti consilii. Adde, quod seorsum non implicant se cuilibet negotio, ergo tanto minus obstat, quin caput et summam rei, quae agitur, uno quasi emetiantur obtutu, videantque, utrum successus ejus ad consilium primarium conducant. Si quandoque contingat illos hallucinari: parum inde deterius habet, quod ea in re est praecipuum. Porro invidiolas defendunt suo ab animo, argumentum angusti et ignobilis ingenii. Manifestum ipsis est, sine errore res grandiores geri non posse, quoniam gerendae per homines, quorum tam solemnis industria errorem obiicere. Perniciosius est, ob errandi suspicionem nihil statuere, quam modicum errorem aliena malitia admittere. Sat magna felicitas, tantum in mediocribus falli. Neque enim haec obstant rei, quae agendorum est caput; quod quidem uni-

und dieß ist das Einzige, was einem großen Mann am Herzen liegen muß. Jeder Betrug muß streng bestraft werden, wenn man ihn entdeckt, aber man muß immer darauf rechnen, in manchen Dingen getäuscht zu werden, wenn man nicht wirklich hintergangen werden will. Der Handwerker kann in seiner Werkstätte alles mit eigenen Augen sehen, und mit eigenen Händen verrichten, aber der Beherrscher eines großen Staats kann weder alles selbst sehen, noch alles selbst thun. Ihm liegt nur dasjenige Geschäft ob, das kein anderer unter ihm verrichten kann, und er soll nur auf das sehen, was auf die Entscheidung wichtiger Dinge Einfluß hat.

Zuletzt sprach Mentor noch zu Telemach: Die Götter lieben dich, sie bereiten alles vor, damit du einst weise regieren mögest. Alles, was du hier vorgehen siehst, bezweckt minder den Ruhm des Idomeneus als deine Belehrung. Alle die weisen Anordnungen, die du in Salent bewunderst, sind nur schwache Abrisse dessen, was du einst in Ithaka thun wirst, wenn du durch Tugend deine hohe Bestimmung erfüllest. Es ist nun Zeit, daß wir an unsere Abreise von hier denken. Schon hält Idomeneus ein Schiff zu unserer Rückkehr in Bereitschaft.

Und nun öffnete Telemach, wiewohl nicht ohne sich einigen Zwang anzuthun, seinem Freunde sein Herz über eine Neigung, die es ihm schwer machte, Salent zu verlassen. Du wirst mich vielleicht tadeln, sagte er zu ihm, daß ich an den Oertern, wo ich hinkomme, zärtlichen Regungen in meinem Herzen allzu leicht Raum gebe; aber wie könnte ich es mir je verzeihen, wenn ich dir verberge, daß ich Antiopen, die Tochter des Idomeneus, liebe? Aber irre dich nicht, Mentor, theurer Freund; die Neigung, die ich jetzt empfinde, hat nichts mit jener Verblendung auf Kalypsos Insel gemein, von der du mich heiltest. Tief war die Wunde, die mir die Liebe schlug, als ich mit Eucharis lebte. Noch kann ich ihren Nahmen nicht nennen, ohne in Unruhe zu gerathen; weder Zeit noch Entfernung hat ihn aus meiner Seele vertilgen können. Diese traurige Erfahrung lehrt mich, ein Mißtrauen in mich zu setzen. Aber was ich für Antiopen fühle, ist von einer andern

ce curandum est principi. Detectae quidem fraudi haud sane danda impunitas, at exspectanda subinde fraus etiam nonnulla levis, ne illa in majora negotia se ingerat. Nihil officina subducit vel oculis artificis vel operae. At ipsa amplitudo imperii regem vetat videre et agere singula. Agere tantum debet, quae curam vicariam respuunt; et videre, quae ad dijudicanda graviora pertinent.

Postremo Mentor significavit Telemacho: deos illi favere, et destinasse imperium, quod totum videatur ab ipsa sapientia constitutum. Hic loci quaecunque intueretur, magis ad eum erudiendum, quam Idomeneum illustrandum in hunc adducta ordinem fuisse. Leges optimas, quibus admiraretur Salentum nunc regi, praemonstrare duntaxat speciem rerum, quas, si virtutem suam aequaret illustri fato, quondam esset suscepturus in Ithaca. Et jam tempus est, inquit, cogitandi de nostro hinc abitu. Excipiet profecturos paratum a rege navigium.

Nec jam morabatur Telemachus amico suo nudare, sollicitus quamquam, animum ob voluntatem scilicet proclivem ad aliquid, quo Salentum carum ipsi esse occeperat. Dabis, inquit, forsan crimini, quod, cum peregrinum me esse meminerim, hic in amores aequo facilius defluam; at numquam deesset, quod mihi objiceret animus, si celare te vellem, me amare Antiopen, Idomenei filiam. Non est, amice, haec caeca cupiditas, quali me in insula Calypsus exsolveras. Scio, quod amanti inflixit Eucharis, quam fuerit non negligendum vulnus. Ipsum adhuc nomen illius non prodit his labris innoxium. Nondum eam delevit temporis diuturnitas, non absentia. Moneor ergo hoc tristi usu memet habere suspectum. At enim alia sunt, quae ab Antiope sentio. Non is stolidus amor, sed voluntas, admiratio, et invicta persuasio quaedam animi est, felicem me fore, si vitam meam continge-

Art; es ist keine ungestüme Leidenschaft, es ist Wohlgefallen, Achtung, Bewußtseyn ihres Werths. Wie glücklich würde ich seyn, meine Tage mit ihr verleben zu können! Wenn mich je die Götter meinen Vater wieder finden lassen, und mir vergönnen, eine Gattinn zu wählen, so wird nur Antiope die Meinige seyn. Ihr Schweigen, ihre Bescheidenheit, ihre Eingezogenheit, ihr nie ermüdender Fleiß, ihre Geschicklichkeit in weiblichen Arbeiten, die Emsigkeit womit sie seit dem Tode ihrer Mutter das Haus ihres Vaters besorgt, die Verachtung jedes eitlen Schmuckes, — daß sie vergißt, daß sie es selbst nicht einmahl weiß, wie reitzend sie ist, — dieß sind die Vorzüge, die Antiopen meinem Herzen theuer gemacht haben. Führt sie auf des Vaters Geheiß die Reihen der jungen Kreterinnen beym Tone der Flöten, so gleicht sie der lächelnden Liebesgöttinn, im Gefolge der Grazien. Folgt sie ihm in die Wälder auf die Jagd, so glaubt man Dianen unter ihren Nymphen zu erblicken, so herrlich erscheint sie, so geschickt weiß sie, den Bogen zu führen. Sie allein kennt ihren Werth nicht, und jeden, der sie sieht, füllt ihr Anblick mit Erstaunen. Tritt sie in den Tempel der Götter, die heiligen Opfergaben auf ihrem Haupte, wer wähnt nicht, in ihr die Gottheit selbst zu sehen, die den Tempel bewohnt? Welch heiliger Schauer, welche Ehrfurcht durchbebt sie, wenn sie Opfer darbringt, die zürnenden Götter zu versöhnen ein Verbrechen zu büßen, oder irgend eine unglückweißagende Vorbedeutung abzuwenden. Sieht man sie unter ihren Frauen, in der Hand die goldene Nadel, so gleicht sie Minerven, die in menschlicher Gestalt zur Erde gekommen, die Menschen in den schönen Künsten zu unterweisen. Emsig arbeiten die andern, von ihr zum Fleiße ermuntert, und vergessen des Unmuths und der Beschwerde, wenn sie mit lieblich tönender Stimme der Götter wunderbare Geschichten singt. Das feinste Gemählde weicht der Kunst ihrer Stickerey. Glücklich der Mann, dem sie einst Hymen in die Arme führt! Ihn wird dann nichts mehr schrecken, als der Gedanke, sie zu verlieren, sie zu überleben.

Ich nehme die Götter zu Zeugen, theurer Mentor, daß ich bereit bin, mit dir abzureisen. Zwar werde ich

ret cum illa transigere. Si genitorem mihi reddent immortales dii; si nolent solitarium Telemachum esse: sponsam mihi legam Antiopen. Amandi caussae mihi sunt taciturnitas, modestia, continentia, labor assiduus, industria, qua lanae et acui admovet manus; diligentia inde ab elata genitrice curandi rem domesticam, neglectus apparatuum muliebrium, aestimatio pulchritudinis suae luculenter nulla. Jussam a genitore ad tibiae numeros praesultare Cretensibus puellis, germanam credas laetae Veneris, Gratiarum stipante comitatu. Ab eodem ducta venatum, augusto habitu et jaculandi dexteritate Dianam assequitur,inter numerosum Dryadum famulatum exsultantem. Atqui ipsa sola,quod ceteri admirantur, ignorat. Templum deorum subiens cum libationibus, exceptis canistro haerente in capite,credi me hercle possit ipsa numen esse ad quod adorandum se agit.Et qua pietate operantem videmus divinae rei, propitiare deos, quando aut expiandum crimen, aut amoliendum triste omen? Considentem in grege feminarum cum aureo radio, pro Minerva salutaverim, quae induta humanam speciem, terrigenas liberalibus disciplinis instituit. Illa ceteras hortationibus animat: molestiam mitigat, nauseamque laboris abolet eximia vocis dulcedine, qua mira deorum recenset. Non exquisitius, non delicatius penicillus descripserit, quae ipsa acu. Felix, cujus vitae hanc consortem amabili vinculo Diphthera adjunget. Non habebit, quod metuat, nisi aut illam amittere, aut vivendo superare.

Deos, amice, testor, me profectionem nihil abnuere. Eumdem quidem amori Antiopes et vitae meae de-

Antiopen lieben, so lange ich lebe, aber sie soll meine Rückkehr nach Ithaka keinen Augenblick verzögern. Sollte ein anderer sie besitzen, so würde ich mein übriges Leben in Wehmuth und Traurigkeit hinbringen, aber doch werde ich sie verlassen, ob ich gleich weiß, daß meine Abwesenheit mich der Gefahr aussetzt, sie zu verlieren. Ich werde weder mit ihr noch mit ihrem Vater von meiner Liebe reden; du allein darfst darum wissen, bis einst Ulysses seinen Thron wieder besteigt, und meine Neigung billigt. Du siehest hieraus, geliebter Mentor, wie sehr meine jetzigen Empfindungen von der blinden Leidenschaft verschieden sind, die ich für Eucharis fühlte.

Mentor antwortete: ich erkenne diesen Unterschied mit dir, mein Telemach. Antiope ist ein Mädchen voll Sanftmuth, Einfalt und Klugheit. Ihre Hände schämen sich der Arbeit nicht. Ihr häuslicher Blick sieht in die Ferne; sie sorgt für alles. Schweigend, mit anhaltendem Fleiß und ohne Uebereilung verrichtet sie ihre Arbeit immer ist sie beschäftigt, und nie geräth sie in Verlegenheit; denn alles thut sie zu rechter Zeit. Ordnung in ihres Vaters Hause zu erhalten, ist ihr Stolz, und diese Gesinnung schmückt sie mehr, als ihre Schönheit. Ob sie gleich das ganze Hauswesen zu besorgen hat, und ihr obliegt, die andern zurecht zu weisen, sich ihnen zu widersetzen, und das Vermögen zu Rathe zu halten, (was fast allen Weibern den Haß ihrer Untergebenen zuzieht,) so hat sie sich doch die Liebe aller Hausgenossen erworben, denn sie ist weder heftig, noch eigensinnig, noch wankelmüthig, noch launisch, wie andere Weiber. Mit einem einzigen Blicke gibt sie sich zu verstehen, und man hüthet sich, ihr zu mißfallen. Ihre Befehle sind bestimmt, und sie gebiethet nur das, was ausführbar ist. Ihr Tadel ist mit Güte verbunden, welche den Getadelten neuen Muth einflößt. Das Herz ihres Vaters ruhet in ihrem Umgange aus, wie ein Wanderer, von der Sonnenhitze ermattet, im Schatten eines Baums auf weichem Grase ausruhet. Du täuschest dich nicht, Telemach, Antiope ist ein Schatz, werth, in den entlegensten Ländern aufgesucht zu werden. Sie verschmähet es eben so sehr, ihren Geist mit bloß schimmernden Vorzügen, als ihren Körper mit

crevi finem; ceterum itineri nostro nec momenti ponet moram. Quodsi alium illi sponsum dii, ego in aeterno luctu ero. Abibo tamen, et nunc quidem; etsi non ignarus, illa me privari per absentiam posse. Amorem hunc meum et ipsam, et parentem ipsius celabo. Hujus te solum fas est mihi conscium esse, donec recuperato solio Ulyssis consensus aliud nato permiserit. Atque ex his, dilecte Mentor, facile perspicies, quantum intersit inter hanc meam voluntatem et illum impetum animi, quo me caecutientis more in Eucharin dolebas abreptum.

Perspicio, Mentor interjicit, quantum intersit inter utrumque. Antiope lenis, sine dolo, et prudens est; non aversatur laborem; futuris prospicit; omnia providet; novit tacere et agere omnia ex continenti ordine, ac cum moderatione. Semper occupata, semper tamen libera est, quia reddit singula suis temporibus. Domesticus ordo ac nitor eam adornat, et magis, quam oris, qua praestat, elegantia. Curat familiam; quodque muneris ejus est, plerisque feminis invidiae, corrigit, objurgat, dat repulsas petentibus, moderatur sumtus: amatur tamen a tota familia. Cujus quidem haec ratio est, quod nec immoderata affectio animi, nec contumacia, nec levitas, nec morosa libido, cognata femineo generi mala, dominentur in virgine. Jactu oculi docet, quid velit. Timetur ejus offensa. Mandata sua diligenter definit, eaque agentium accommodat viribus. Appellat de perperam commissis sine bile, appellatos benignis hortatibus confirmat. Collocat in ea cor Idomeneus, ut fere viator in molli gramine subter umbras reficiendos artus. Recte amas, mi juvenis. Thesaurus est Antiope, investigandus, etiamsi remotissima regna eum occulerent. Non ingenio, non pulchritudini suae indulget luxuriem; restringit vim animi, quamvis expeditam promptamque, modestia. Lo-

eitlen Zierathen zu schmücken. Die Lebhaftigkeit ihrer Seele mildert bescheidene Zurückhaltung. Sie spricht nur dann, wenn es nöthig ist, und öffnet sie den Mund, so fließen süße Ueberredung und holde Anmuth von ihren Lippen. Alles verstummt, wenn sie spricht; sie erröthet, und gern unterdrückte sie die angefangene Rede, wenn sie sieht, mit welcher Aufmerksamkeit man auf sie horcht; kaum hörten wir noch den Ton ihrer Stimme.

Denkst du noch des Tages, Telemach, als ihr Vater sie zu sich rief? Sie erschien mit gesenkten Blicken; ein großer Schleyer verbarg ihr Antlitz. Ihr Vater wollte einen seiner Sclaven mit strenger Strafe belegen lassen; sie sprach für ihn, und suchte den Zorn ihres Vaters zu besänftigen. Anfangs theilte sie seinen Unwillen, alsdann beruhigte sie ihn, endlich sagte sie, was zur Entschuldigung dieses Unglücklichen gesagt werden konnte; und ohne die Empfindung bey ihm zu erwecken, daß er zu weit gegangen sey, flößte sie seinem Herzen Gefühle der Gerechtigkeit und des Mitleids ein. Nicht sanfter weiß sich Thetis, wenn sie die empörten Wogen beruhigen will, in das Herz des alten Nereus einzuschmeicheln. Wer sollte zweifeln, daß einst Antiope, fern von jeder Anmaßung, und ohne die Gewalt ihrer Reitze gelten zu machen, das Herz ihres Gemahls eben so leicht lenken werde, als sie die Saiten ihrer Leyer rührt, wenn sie ihr zärtliche Töne entlocken will. Ich wiederhohle es, o, Telemach, mit Recht fühlst du Liebe für Antiopen. Die Götter haben sie für dich bestimmt, denn deine Neigung zu ihr gründet sich auf Vernunft. Warte bis Ulysses Einwilligung sie zu der Deinigen macht. Ich billige es, daß du ihr dein Herz nicht entdeckt hast; auch würde sie gewiß, wenn du Umwege gesucht hättest, deine Anträge verworfen, und die Achtung für dich verloren haben. Nie wird sie ihr Herz einem Manne versprechen; ihr Vater wird ihre Wahl leiten, und nur derjenige wird ihr Gemahl werden, der die Götter fürchtet, nnd alles erfüllt, was die Wohlanständigkeit erfordert. Hast du es auch bemerkt, wie ich, daß sie seit deiner Rückkehr aus dem Krieg sich mehr verbirgt, und die Augen mehr niederschlägt, als sonst? Sie weiß wie sehr das Glück deine Unternehmungen im Kriege begünstigte; deine Geburt,

quitur, quando, et quantum petit necessitas: dulcis suada ex ore loquentis fluit, et lepos non arte quaesitus, sed in labiis sponte enascens. Ad dicendum ut primum os aperit, consequitur eorum, qui adsunt, silentium; ex eo autem ipsius verecundia, ut parum absit, ne, animadvetsa diligentiore audientia, a coepto sermone desistat. Vocem dicentis plane audire potuisse multi operis fuit.

Meministin', Telemache, cum a genitore intrommittebatur? Adfuit humi defixis oculis, et velata plurimum. Sermonem duntaxat orsa est, ut Idomenei indignationi intercederet, mancipium destinantis gravi supplicio. Laudabat primo, quae decreverat pater, deinde admovebat idonea mitigandae iracundiae, postremo exhibens, quae videbantur ad excusandum reum esse, quamquam non ostendebat, iram concepisse majorem delicto, adduxit ad aequitatem et misericordiam. Non Thetis spumas placidius detrahit iratis fluctibus, cum Nerei canos obit muliebri illecebra, quam Antiope genitori aestum concitati animi. Quamquam autem aliquando nec jus ullum potestatis sibi vindicabit, nec animis imperante gratia sua abutetur: mentem tamen sui quondam conjugis reget aeque levi opera, atque nunc, cum lenissimos concinnat sonos, lyram. Recte amas, inquam, mi juvenis. Hanc te dii volunt. Prudenter amas. At exspectandum, dum Ulysses jungit tibi. Recte item amorem illam celabas tuum. Etsi autem per ambages, a te investigatas, cogitatio tua pervenisset ad ejus animum, hac rejecta certe in admiratione tui refrixisset. Numquam illa sponsum suo, sed patris arbitratu accipiet. Sed neque accipiet, nisi qui et deos, et quaecunque decent, observet. Attendistin', post reditus tuos, quam antea, comparere minus; minus etiam indulgere oculis? Novit, quae in bello gessisti prospere. No-

deine Schicksale, die Vorzüge, die dir die Götter ertheilt haben, sind ihr nicht verborgen, aber eben deßwegen ist sie so sittsam, so zurückhaltend. Wohlan, mein Telemach, laß uns nach Ithaka zurück kehren! Was ich jetzt noch für dich thun kann, ist, daß ich dir behülflich bin, deinen Vater zu finden, und eine Gattinn zu erlangen, die des goldenen Alters würdig ist. Wäre sie auch nur ein Schäfermädchen auf dem kalten Algidus, statt daß sie die Tochter des Königs von Salent ist, dennoch würdest du höchst glücklich seyn, sie zu besitzen.

vit genus tuum, eventus vitae, beneficiaque a diis tibi praestita. Atqui propterea tecum modeste et caute agit. Eia Telemache! in Ithacam! Meum adhuc est, efficere, ut rursus genitorem aspicias, teque comparare satis, ut hanc lectissimam obtineas; quae etiamsi non inter regii genitoris adolevisset brachia, sed in rigidis Algidi pascuis, felicem tamen beatumque te sponsum efficeret.

XXIII. Buch.

Mit Bangigkeit sah Idomeneus die Abreise Telemachs und Mentors heran nahen, und er sann nur darauf, wie er sie verzögern möchte. Er stellte Mentorn vor, daß er außer Stand sey, ohne seinen Beystand einen Streit zu schlichten, der zwischen Diophanes dem Priester Jupiters, des Erhalters, und Heliodorus, dem Priester Apolls über die Vorbedeutungen aus dem Fluge der Vögel und den Eingeweiden der Opferthiere entstanden sey. Warum, erwiederte Mentor, mischest du dich in Dinge, die die Religion angehen? Laß die Hetrurier darüber entscheiden, sie, die durch Ueberlieferung den Sinn der alten Götteraussprüche kennen, und begeisterte Ausleger des Willens der Götter sind. Brauche bloß dein königliches Ansehen, diese Streitigkeiten so gleich in ihrer Geburt zu ersticken. Zeige dabey weder Parthеylichkeit, noch vorgefaßte Meinungen, und begnüge dich, den priesterlichen Aussprüchen, wenn sie einmahl geschehen sind, durch deinen Beytritt ein Gewicht zu geben. Fürsten müssen der Religion gehorchen, und es nie unternehmen, die Lehrsätze derselben bestimmen zu wollen. Die Religion rührt von den Göttern her, sie ist über die Könige erhaben. Wenn Regenten sich in Sachen der Religion mischen, so legen sie ihr Bande an, statt sie zu beschützen. Der Einfluß der Fürsten ist so mächtig, und die übrigen Menschen sind so schwach gegen sie, daß die Religion Gefahr lauft, ganz nach ihrer Willkühr geformt zu werden, wenn man ihnen gestattet, über Streitfragen zu entscheiden, die göttliche Dinge betreffen. Den Vertrauten und Freunden der Götter bleibe also eine unbeschränkte Freyheit, in Religionssachen den Ausspruch zu thun, und du bediene dich deiner Macht nur, diejenigen in Schranken zu hal-

LIBER XXIII.

Idomeneus, qui suspicabatur profectionem hospitibus suis in animo esse,omni eam consilio producere constituit. Jam controversiam enarrabat Mentori, quam sine eo non posset dirimere, inter Deophanem, Jovis conservatoris et Heliodorum, Apollinis sacerdotem, ortam super omnibus, quae ex avium volatu et extis hostiarum collegerant. At Mentor: quid, inquit, te sacris insinuas? Quin judicium transfers eorum in Hetruscos, quos et vetustissimorum oraculorum traditio et afflatus animi interior interpretandis divinis accommodat? Puto ego, auctoritatem tuam ponendam in eo, ut ipsa initia hujus modi obruas dissidiorum. Quod dum agis, ostende, te nec studio partium, nec praevia opinione duci. Satis sit tibi curare, ut re judicata stetur. Memento regem obnoxium esse religioni, atque alienum ab eo, sacris umquam moderari. A diis religio est et altior sceptris. Cujus si rectores, non custodes reges sunt, fit e religione mancipatus. Quippe reges hac sua potentia et hac imbecillitate ceterorum mortalium si ad caussas religionis admittantur judicandas: periculum est, ne omnia cogantur regum obsecundare sentiendi libidini. Id genus controversias ergo amicis deorum cede; auctoritatem vero, quanta polles, con-

ten, die es unternehmen sollten, ihren Aussprüchen nicht gehorchen zu wollen.

